

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0024

LOG Titel: Cap. CXXXI. - Cap. CCXX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

nec cogi potest: Et ideo quibusdam in locis vsq; ad quam summā accipi debeant, & reici non possint, lege municipali cautum est. Præterea hanc conclusionem, quod creditor aliud pro alio recipere non teneatur, tradit etiam Portius Imoleus. *in consil. 81. n. 37. & Sebast. Medic. in tract. de compensa. par. 1. quest. 2. n. 3. & Cephal. in consil. 195. n. 2. vol. 2. & inquit etiam in creditore pecuniæ locum habere. d. l. eum à quo. C. de solut. prout dixit etiam Bart. quem alii sequuntur in d. l. 2. §. mutui, in si. ff. si cer. pet. & Ruin. in consil. 65. n. 10. vol. 2. & præsertim in dote, vt ait Socin. in consil. 214. n. 1. versic. circa primam difficultatem, vol. 2.*

C A P. CXXIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Creditor etiam generis aliud pro alio recipere non tenetur.
- 2 Genus tribus modis accipitur.

Primo ampliatur prædicta conclusio, vt inquit Ias. in d. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. † etiam quod creditor sit generis, quod genus tribus † modis accipitur, vt declarat Bart. in d. l. 2. §. 1. siue etiam speciei.

C A P. CXXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Heres dare vineam pro legato centum existente apud campforem tenetur, nec potest alia centum soluere.

Secundo ampliatur hæc conclusio, si fortasse testator † aliquis legauerit alicui centum, quæ erant apud aliquem campforem: & casu quo hæres ea centum non præstiterit, teneatur vineam aliquam assignare: Nam si fortasse contingat, vt hæres illa centum legata impenderit, & velit legatario alia centum soluere: legatarius ea inuitus accipere non compellitur, sed vineam, vt dicitur in ipso legato sequi debet, vt inquit notabiliter Bart. post Dynum in l. talis scriptura, in si. princ. illius tex. ff. de leg. 1.

C A P. CXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor aliud pro alio consentiente creditore soluere potest.

Primo limitatur præcedens conclusio † volente creditore, vt inquit Ias. in d. l. 2. §. 1. n. 3. ff. si cer. pet. & est tex. in l. 1. §. an potest. ff. de constit. pecu. & in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. & tradit Buttigel. in d. l. 2. §. mutui, in 3. notabili, per tex. in l. si rem. §. omnis ff. de pignor. actio. Nam satisfecisse eum, dubium non est, qui eam re quam creditor voluit, dedit, etsi solutio vere & proprie rei quæ debetur sit; satisfactio vero etiam in alia re consistere possit. l. solutionis, iuncta gl. ff. de verb. signif. & voluit iterum Ias. in l. cum incertus, n. 2. ff. de leg. 1. Et ideo soluens licet aliud volente & consentiente creditore ipso iure liberatur. d. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. & d. l. 1. §. an potest. ff. de constit. pecun. Hæc autem procedunt, vt inquit ibi Ias. si sit creditor ille, cuius voluntate soluitur: secus vero videtur voluisse Ias. ibid. num. 5. si fiat adiectio solutioni: Nam tunc vt soluens aliud

pro alio etiam volente & consentiente debitore, ipso iure non liberetur arbitratur, sed ope exceptionis tantum, vt est tex. in l. si. §. cum mihi, aut Titio si bene inspicatur ille tex. & ea, quæ dixit ibi Bar. ff. de verb. oblig. & magis expresse idem Bart. in l. si eum fundum. ff. de pact. & notat Mathesil. in notab. 111. Item q; concurrente voluntate creditoris vnum pro alio solui possit, tradit etiam Heron. Grat. in consil. 45. n. 15. vol. 1.

Secundo limitatur in causa necessitatis hæc limitatio, vt inquit ibidem Ias. num. 8. plures casus respicit, de quibus loquitur Bar. in d. l. 2. §. 1. & præsertim vltimum de Ecclesia, quem Bar. inhærendo gl. dicit esse specialem. Ias. tamen eodem in loco hunc casum non esse specialem, sed ibi illud ex necessitate procedere. Hanc eandem limitationem sequitur Ripa in d. l. mutuum damus. §. mutui datio, n. 24. ff. eod. tit. ea ratione, quod necessitas facit licitum illud, q; alioquin prohibitum est. c. quod non est, extra de reg. iur. & l. 1. ff. de offic. Consul. & tradit Ias. in l. principalibus. ff. si cer. pet. & inquit ad hanc limitationem fere omnia redigi, quæ ponit gl. & tradit Ias. in suis limitationibus. Et quod prædicta conclusio limitatur in casu necessitatis est, etiam tex. in l. filius familias. §. si quid alicui. ff. de leg. 1. & tradit Ias. in d. l. 2. §. 1.

Hæc fallentia maxime procedit, quando qualitas debiti solui non potest: nam tunc auditur debitor cupiens aliquid de bonis suis in solutum dare procurans, *auth. hoc nisi debitor. C. de solutio.* Verum, hæc limitatio locum habeat, hæc requiritur, vt dicit ibidem Ripa. Primum, vt probet diligentiam, vt summam debitam reperiret, adhibuisse. Secundum reperire non potuisse. Tertium, vt omnia bona sua ad electionem creditoris offerat. Quartum, vt de euctione caueat. Quintum, vt rei in solutum data dominium in creditorem transferat. Hoc tamé vltimum Ripa non probat, cum debitor de euctione cauere teneatur: nam in solutum datio venditioni comparatur. l. 1. & 3. ff. pro empt. & l. Senatus, in princ. vbi Ias. in 8. notab. ff. de leg. 1. Sextum addit Rom. vt titulorum instrumenta tradat, *arg. l. Titius. ff. de actio. empt.* quod quidem satis æquum videtur. l. apud Iulianum. §. Titius. ff. de leg. 1. Septimum addunt recentiores, quod debitor probet non reperisse emptorē ob creditoris diffamationem, per tex. in d. §. q; autem. etsi Ripa illum tex. contrariū probare propter illam implicatiam, etiam, attestetur: cū ibi dicatur debitorem tunc ad vendendum, cum creditor emptorem exhibet. Vnde satis apparet, debitorem emptorem perquirere non teneri. Quatenus autem pertinet ad tertium requisitum, subdit Ripa ibid. n. 26. creditorem pro paruo credito meliorem rem eligere non debere, nec maioris estimationis, si alia proportionabilis offeratur, vt dixerunt Imola in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re indic. & Alex. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. & Salyc. in d. auth. hoc nisi, in si. Præterea inquit hoc tertium requisitum non procedere in Ecclesia debitrice: Nam ei re mediocrem offerre sufficit cum priuilegium, vt creditor eā addita decima parte precii recipere teneatur. §. si vero, *Auth. de alien. rei & emphyt. & in auth. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles.* in hoc consistit specialitas, etsi gl. & Bart. velint specialitatem consistere etiam in eo q; Ecclesia quantitatem debens, speciali fauore dare possit aliud in solutum de bonis immobilibus. Hæc declarationem sequitur Paul. Castren. in d. auth. hoc ius porrectum. dicit tamen Ripa eos expresse dicere

contra illa iura, quæ tunc tantum in solum dationem admittunt, si ex mobilibus solui non possit, vt advertunt Fulgos. & Decius in d. l. 2. §. mutui datio. Verum, vt subdit Ripa, illa auth. hoc ius, limitatur, si debitor illius auth. renunciauit, vt voluit Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr.

C A P. CXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Solui vnum pro alio potest propter duram sanguinis separationem.

FAllit, † quando sanguinis dura separatio est. l. si domus. §. i. iuncta l. possessionum. C. commun. vtriusque iudic.

C A P. CXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Debitor si quis simpliciter alicuius summa non sit, sed speciei. speciem illam pro summa etiam inuito creditore soluere potest.

Quarto limitatur, † vbi debitor summae illam summam soluere non posset: nam tunc rem aliquam pro summa debita soluere potest, vt est text. in auth. hoc nisi. C. de solutio. & voluit Thomas Parpali. in d. l. 2. §. mutui datio. num. 12. ff. de reb. credit. Verum vt ipse subdit, vt illa auth. locum habeat, quatuor requiruntur. Primum, vt debitor summam soluere non posse, legitime probet: Secundo, vt perquirendi vt soluere non possit diligentiam ostendat & probet: Tertium, vt rem meliorem cum instrumentis acquisitionum offerat: Quartum, vt et etiam euictionis fideiussorem offerat, vt hæc omnia refert Rom. in consil. 163. Quid autem si fortasse debitor pecuniam tantum soluere promiserit, an auth. illa locum habeat. Ang. in l. dos a patre. C. soluto matrimon. & Dd. in l. post dotem. ff. eod. dicunt locum non habere, & præsertim si adiectum sit iurandum: quia tunc quod illa auth. locum non habeat, dubium non videtur: cum iuramentum, vt infra late loco suo dicitur, præcise ad factum obliget, & tradit glos. in l. si pecuniam, in princ. ff. de condict. ob caus.

Quarto limitatur, † vbi debitor simpliciter ratione alicuius summae, sed speciei: nam illam speciem etiam inuito creditore soluere potest. l. miles. §. fin. de qua loquitur gl. in l. si vero. §. fin. ff. soluto matrimon. & l. si fundum per fideicommissum, in princ. ff. de legat. 1. Quando autem summa aliqua ob aliquam speciem debeatur, tradit Roman. in l. rogasti. in fi. ff. si cert. pet. & subdit alias Bononia in facto obtinuisse, contra D. Nellum à sancto Geminiano, & speciem & de hoc huiusmodi ponit. Quidam à Sempronio decem aureos mutuo postulauit: Sempronius vero cum pecuniam non haberet, ei librum aliquem dedit, vt illum venderet, & ex eius precio prædictos decem aureos mutuo acciperet: ille librum accepit, & vendidit, nec dubium est, quin mutuum dicatur. d. l. rogasti. Adueniente deinde tempore restituendi dicti mutui, debitor librum restituere volebat, non autem decem illos aureos mutuo acceptos: Quærebatur an id inuito creditore facere posset? Et inquit eo in loco Romanus, per doctrinam Bart. quod posset, sententiam obtinuisse. Ratio autem est, quia respectu speciei debitor erat, & ideo eam soluendo liberatur. Ias. autem si verã præsupponamus decisionem Romani, inquit ex ea vnum inferre, quod valde putat singulare. Alibi enim habemus, vt ipse inquit, quod quãdo quis summae debitor est respectu speciei, si species illa pereat apud debitorem ante moram, debitorem etiam ab illa summa liberari, vt dixit Bart. in l. quod te. ff. si certum petat. vbi plures notabiles textus refert. & ibi tradit etiam Ias. Vnde pariter in specie prædicti Ludouici Romani, si liber fortasse combustus esset, vel alio quouis modo periisset, debitor liber effectus esset: Quod tamen Ias. ibidem non admittit, imo in hoc Ludouico Romano contradicit, & Nelli opinioni, declarando dictam l. rogasti, adhæret, propterea quod in eo casu summae respectu speciei debitor non sit, vt declarat Paul. Casp. in d. l. rogasti.

C A P. CXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Creditor tenetur recipere rem pro summa, si debitor summam soluere non potest.

Quinto limitatur, † vbi debitor summae illam summam soluere non posset: nam tunc rem aliquam pro summa debita soluere potest, vt est text. in auth. hoc nisi. C. de solutio. & voluit Thomas Parpali. in d. l. 2. §. mutui datio. num. 12. ff. de reb. credit. Verum vt ipse subdit, vt illa auth. locum habeat, quatuor requiruntur. Primum, vt debitor summam soluere non posse, legitime probet: Secundo, vt perquirendi vt soluere non possit diligentiam ostendat & probet: Tertium, vt rem meliorem cum instrumentis acquisitionum offerat: Quartum, vt et etiam euictionis fideiussorem offerat, vt hæc omnia refert Rom. in consil. 163. Quid autem si fortasse debitor pecuniam tantum soluere promiserit, an auth. illa locum habeat. Ang. in l. dos a patre. C. soluto matrimon. & Dd. in l. post dotem. ff. eod. dicunt locum non habere, & præsertim si adiectum sit iurandum: quia tunc quod illa auth. locum non habeat, dubium non videtur: cum iuramentum, vt infra late loco suo dicitur, præcise ad factum obliget, & tradit glos. in l. si pecuniam, in princ. ff. de condict. ob caus.

C A P. CXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Solui aliud pro alio in vniuersalibus potest.

Sexto limitatur † in vniuersalibus, propterea quod in eis precium loco rei succedit. l. si & rem & precium. ff. de petitio. hered. & tradunt recentiores in l. i. col. si. ff. de pact.

C A P. CXXXVI.

Septimo limitatur in casu illo singulari. illud. §. si. ff. quod met. causa.

C A P. CXXXVII.

Octauo limitatur in casu l. si donata. §. si. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi inquit Paul. si sponsus alienum annulum sponsæ muneri misit, & post nuptias pro eo suum dedit: quidam vt Herac. putant fieri eum mulieris, quia tunc factam donationem confirmare videtur, non inchoare nouam, quam sententiam veram esse accepi.

C A P. CXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Solui vnum pro alio potest, quando sumus in contractu innominato.

Nono limitatur † in contractu innominato: Nam regula, quod aliud pro alio inuito creditore solui non possit, in contractu nominato locum habet: Si vero ex contractu innominato debeatur, semper inuito creditore aliud pro alio solui potest: Et ideo obligatus ex contractu innominato, semper soluendo interesse & sic aliud pro alio, liberatur. Et ratio est, quia ad dandum præcise non tenetur, vt est tex. in l. naturalis. §. i. ff. de prescript. verb. & in l. i. ff. de rer. permut. & declarat Bart. in l. stipulationes

nes non diuiduntur, in 10. & 11. oppositio. ff. de verb. oblig. Ratio rationis est, quia sicut contractus innominati debiliores & imbecilliores sunt in eo, quod inveniuntur, pariter etiam & in exequendo debiliores & imbecilliores esse dicuntur: & ideo mirum non est, si in eorum executione vnum pro alio dari potest.

C A P. CXXXIX.

Decimo limitatur in iis, qui tributum fisco soluere tenentur, vel aliis similibus, propterea quod si ad rem, vel argentum in massa obligati sint, fiscus aestimationem semper petere potest. l. 1. C. de argen. preci. quod thesaur. infer. lib. 10. vbi tradunt Dd. & Alber. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. & Rom. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. cum aliis à predictis deductis.

C A P. CXL.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Solui potest aliud pro alio in casu l. fundi Trebatiani, in princ. ff. de vsufr. legato.

Vndecimo limitatur præcedens conclusio † in casu l. fundi Trebatiani, in princ. ff. de vsufr. leg. vbi si maritus uxori suæ redditum fundi Trebatiani reliquerit, potest, hæres fundum vendere, & annuam quantitatem uxori præstare, quam maritus ex locatione dicti prædii percipiebat, & sic aliud pro alio, vt inquit Alber. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. & Bal. in l. 1. §. excepto. C. de cad. tol.

C A P. CXLI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Soluere potest frater, qui habet libros à patre aliis fratribus eorum aestimationem, & non tenetur libros pro eorum ratibus præstare.

Dodecimo limitatur in restitutione librorum: † nam si fortasse acciderit, vt vnus ex fratribus ite ris operam det, & pater ei libros ad studendum emat: nam si mortuo deinde patre fratres ad diuisionem paterni patrimonii deueniant: ille frater, qui libros habuit, & eos alioquin cuilibet pro sua rata conferre teneretur, eorum aestimationem inuitis etiam fratribus soluere potest, vt voluisse gl. fin. in l. nepos Proculo. ff. de verb. signific. vbi etiam habetur, contra scholares executionem in libris fieri non posse: & ita per illam gl. tenuit Bal. in l. & quia. ff. ad Senatuscons. Maced. & Salyc. in l. filia cuius. C. famil. er. cisc. & Ias. in d. l. 2. §. 1. inquit, id in libris speciale non esse: sed in quacunque etiam re, vt habetur in l. 1. §. iubet, in vers. sed si tamen forte. ff. de colla. bono. & voluit etiam Rom. in ead. l. 2. §. 1. Subdit tamen Ias. ibidem, illum text. diligenter perpendum esse, vt alias ipsemet dixit in l. filia dorem. C. de collatio. nam vt ipse arbitratur, licet à pœna liberetur, id est à priuatione successionis, attamen à collatione non liberatur.

C A P. CXLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Seruitutem qui promissit in aliquo loco fundi eam in alio loco inuito creditore constituere potest.

Decimo tertio limitatur, vt inquit Rom. in eo, † qui seruitutem in aliquo fundi loco constitueret: nam inuito creditore in alio loco vel fundi parte constituere potest, vt est tex. in l. 2. §. locum. ff. de relig. & sumpt. funer. vbi tractaui in meis commentariis ad illum titulum. Verum illum tex. inquit Ias. in d. l. 2. §. 1. contrarium potius probare, cum respectu religionis speciale sit, prout etiam illum tex. inteligit gl. fin. in l. si cui. ff. de seruit. tit. generali.

C A P. CXLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Dare vnum pro alio potest debitor in pignoribus iniuito creditore.

Decimo quarto limitatur, vt inquit Ang. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. in pignoribus: † vt puta si debitor rem aliquam in pignus dare promiserit: nam si deinde aliam æque bonam dare velit, vtique eam etiam inuito creditore dare poterit, vt voluit gl. in l. si Titio. ff. de pigno. At Lud. Rom. dictum Angeli non probat, per tex. in l. qui autem. §. sed & si quis certum. ff. de constit. pecun. Rom. opinioni addit Ias. ibidem tex. in l. si mandato meo, in princ. ff. mand. ita eum inducendo: Promisi tibi dare quendam fideiussorem, & deinde mutata voluntate quavis de causa alium dare contendo, & inquit id inuito creditore mihi non licere. Sed bonum & validum est argumentum de persona ad res. l. vel singulis. ff. de vulg. & pupil. Ergo?

C A P. CLXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Soluere legatariis rem pro pecunia hæres potest.

Decimo quinto limitatur in hærede, qui hæreditatem cum beneficio legis & inuentarii adiuit: † Nam in eo casu hæres legatariis pro pecunia rem dare & soluere potest, etiam quod necessitas non urgeat, vt est tex. in l. si. §. & si præfatam. vers. sed si legatarii. C. de iure delib. vbi ad hoc notant Bart. & Paul. Castren.

C A P. CXLV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Debitor in obligationibus dandi, potest aliud pro alio soluere.

Decimo sexto limitatur † non solum in obligationibus faciendi, vel restituendi, vel tradendi, sed etiam in obligationibus dandi in casibus, in quibus debitor ad dandum præcise non tenetur: quos casus cumulat Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur, in princ. in 10. & 12. opposit. & idem Bart. in l. 1. C. de senten. qua pro eo, quod inter.

C A P. CXLVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Soluens aliud pro alio creditor, qui ex re pignoratæ fructus percepit & conseruat & vult restituere eorum debitori, audiendus non est.

Decimo septimo limitatur in casu, in quo creditor ex re pignoratam fructus percepit, & conseruauit, & eos debitori restituere uult, & pecuniam suam consequi: Nam audiendus non est, sed fructus perceptos in sortem computare debet: & ideo aliud pro alio habere cogitur, ut inquit Ang. in §. hoc etiam, col. 2. in Auth. de alien. & emphyt. Contrarium tamen, ut inquit Ias. tenuit Bal. in c. cum super, col. fin. extra de re iudic. & Bart. & Doct. in d. l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr.

C A P. CXLVII.

A R G V M E N T V M.

Soluere aliud pro alio potest inuito, emens pro altero sua pecunia.

S V M M A R I A.

- 1 Soluere aliud pro alio potest emens fundum sua pecunia nomine alterius.
- 2 Emere pradium sine precii solutione, quomodo quis emat & consequatur.

Decimo octavo limitatur, si forte mandetur alicui ut sibi fundum emat, & ipse nomine mandantis emerit, precium tamen de propria pecunia soluerit: nam si emptor longo tempore fundum emptum tenuerit, & precium ab eo cuius nomine emerat, non petierit, sed interim fructus illius percepit, debet fructus sibi in sortem computare: Unde fit, ut aliud pro alio accipiat contra regulam supra formatam, ut notat Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. quest. 15. Et hanc dicebant Doctores esse cautelam, ut quis sine precii solutione fundum emat: & id dixit Ias. eodem in loco valde notandum esse, & memoria mandandum ac conseruandum. Hæc declaratio, quandoque deseruaret pro prædicta regulæ limitatione: non tamen illa cautela, ut quis prædium sine pecunia emat, locum habere uidetur: Nam si quis pro alio propria pecunia fundum emat, licet fructus quos interim percepit, restituere ei cuius nomine emit, tamen domino teneatur: contra tamen ille cuius nomine emptus est fundus ad interesse lucri cessantis & damni emergentis domino pecuniæ tenetur, ut inquit Alex. in consil. 77. num. 12. vol. 6. & uoluit gl. communiter approbata in l. curabit. C. de actio. empt. & in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod. tit. Hoc enim casu licitæ sunt usuræ & peti possunt etiam de iure canonico uti interesse quoddam, ut notatur in d. l. curabit, & in l. 2. C. de usur. & notat gl. quem sequuntur Dd. in c. conquestus, extra de usur. & tradit Hostien. in summa, in tit. de usur. §. an aliquo casu. Comprehenditur autem interesse, quod quis passus est non solum ratione damni emergentis, sed lucri quoque cessantis, ut puta si interesse petens mercator sit, ut notat Cynus in auth. ad hæc, in questio. penult. ubi etiam idem uoluit Salyc. C. de usur. & in terminis Petrus ab Anchar. & Abb. in d. c. conquestus, extra de usur. & notat Bart. in l. 1. Cod. de senten. qua pro eo, quod inter. in versic. venio ad ultimam partem. Quod quidem interesse si sit incertum, iudex taxare & declarare ex coniecturis potest, ut inquit Alexan. in d. consil. 77. numer. 013. & in l. si traditio, ubi idem notat Bart. C. de actio. empt. & in l. 1. ubi notant Cynus, & Bart. C. de senten. qua pro eo, quod inter. in l. semper. §. in hoc interdico. & ibi notat Bart. ff. quod vi, aut clam. & Aret. in consil. 159. num. 14. & quod plus

est, ei qui soluit precium, retentio competit, donec ei restitatur, argumento l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & optime faciunt ea, que tradunt Bar. & Salyc. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indeb. & tradit Cagnol. in d. l. curabit, per totam, & præsertim num. 23. Et ita fuit olim iudicatum in Rota Florentina, dum ego hanc conclusionem tuerer in quadam causa inter Hippolytum & Honophrium de Braccolinis Pistorientes. Cum igitur ille, qui pecunia propria fundum emit, interesse lucri cessantis & damni emergentis consequi possit, satis uidetur friuola illa cautela Doctorum, ut quis sine pecunia, sed potius aliena fundum emat: Nam fortasse continget, ut prædictum interesse fructus omnes ab ipso emptore perceptos excedat. Poterit fortasse huiusmodi conclusio ad aliam limitationem accommodari, ut scilicet emptor aliud pro alio recipiat, uidelicet pro pretio ab eo soluto interesse, seu usuras lucri cessantis & damni emergentis, & hoc modo declarando pro limitatione deseruire poterit.

C A P. CXLVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Solui potest unam pro alio, quando debitor dat pignus & fideiussorem.

Decimo nono limitatur, si quando debitor dedit pignus, ut inquit Ang. de fideiuss. in princip. dum inquit ibi Angel. num. 4. creditorem contra fideiussorem agere posse, nisi excipiat ut creditor pignus vendat, & sibi ex eo precio satisfaciatur. Sed quia pignorum venditio plerumque sine difficultate fieri non potest. l. continuus. ff. de verborum obligatio. & tradit Innocen. in c. filius, extra de testamen. ideo si fideiussor dicat creditori, ut illud pignus in solutum accipiat, fideiussorem conueniri non posse arbitratur, si constet tale pignus vendi non posse: propterea quod in solutum exceptio facillime fieri potest: tunc enim creditor bona debitoris in solutum accipere cogitur, ubi emptorem non reperiat, & debitor debitum aliter soluere non potest, ut ibi latius prosequitur Ang.

C A P. CXLIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor potest legatariis pro vino legato vineam assignare, etiam quod legatarii non consentiant.

Vigesimo limitatur in casu, si quod aliquis testator aliquibus fratribus seu eorum conuentui relinquat cados fortasse viginti vini quolibet anno: Hæres autem prædictis fratribus vineam aliquam ex bonis testatoris, ex qua huiusmodi vinum percipere possint, assignare velit, ita ut ipsi fratres illius vineæ curam & dominium habeant: Nam in hoc casu, prædictus hæres dictam vineam pro eo vino, & sic unum pro alio assignare poterit, etiam prædictis fratribus non consentientibus: Id autem fauore munificentiam exercentis factum esse censent, ut inquit Bald. in l. si quis argentum, in fine principii, per illum text. C. de donatio. & id notandum inquit Ias. in d. l. 2. §. 1. ff. si certum petat, quia quotidie accidere potest.

C A P. CL.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Soluere vnum pro alio potest hæres grauatus hæreditatem restituere.
- 1 Vigesimo primo limitatur † præcedens conclusio, in hærede grauato hæreditatem per fideicommissum restituere: quando quidem si res hereditarias alienauerit, eas etiam inuitus sibi in quartam imputare debet, vt dicunt Ang. Imola & recentiores in l. Marcellus. §. res. qua ff. ad Senatuscons. Trebellian. cum concordantibus ibi relatis.

C A P. CLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Soluere aliud pro alio potest locator re locata conductori euicta.
- 1 Vigesimo secundo limitatur, † quando res locata conductori euincitur sine dolo, vel culpa locatoris: nam in eo casu si locator rem aliam æque idoneam conductori dare velit, eam conductor inuitus accipere cogendus est l. si quis domum, in princ. ff. locati. vbi g. notat, etsi in emptore aliter dicendum sit.

C A P. CLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor si vult restituere rem deterioratam, & deteriorationis æstimationem, creditor inuitus accipere cogi debet.
- 1 Vigesimo tertio limitatur † in debitore restituyente rem deterioratam & deteriorationis æstimationem: quando quidem tunc creditor etiam inuitus accipere cogendus est, vt inquit Angel. in l. eleganter. §. non solum ff. de dolo. etiam quod alioquin rem sibi commodatam, seu apud se depositam, si deteriorem factam restituat, restituere non videatur. l. tertia. §. si reddita. ff. commodati. & l. 1. §. si res ff. depositi.

C A P. CLIIII.

Vigesimo quarto limitatur in debitore, qui pecuniam soluere iurauit, non aliam rem contra voluntatem creditoris, vt inquit Alexan. in consil. 35. viso. vol. 2. Ratio autem est, quia iuramentum specialis renunciationis vim habet. cap. ex rescripto, vbi tradit gl. extra de iureiuran. Nam si post ipsam renunciationem & iuramentum casus inopinatus superueniat, & facultatem soluendi pecuniam & bona sua vendendi auferat, poterit debitor non obstante iureiurando bona pro pecunia in solutum dare, propterea quod iuramentum intelligitur: Rebus ita stantibus. c. cum inter, extra de renunctio. & notant Imola, Decius & Ias. in l. quod seruus. ff. de conditio. ob caus. & late infra de hoc dicemus, cum de iureiurando tractabimus. Nec videtur ob stare, quod iuramentum vim specialis renunciationis habeat: quia id verum est, quo ad ea, de quibus cogitatum est: secus vero quo ad incognita, & ea quæ ex accidenti pro-

ueniunt. c. veniens, de iureiuran. & comprobat Ias. in l. si mihi, & tibi. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. sancimus, colum. 2. C. de testam.

C A P. CLIIII.

Vigesimo quinto limitatur in debitore alicuius quotæ bonorum. l. non amplius. §. fin. cum l. sequenti. ff. de lega. 1. Dicit tamen Iason hanc limitationem sub illa comprehendi, quæ supra quo ad necessitatem posita est, vt declarauit Bart. ibi. Verum hanc declarationem Ripa non probat, propterea quod si id diceremus, illud etiam consequeretur, vt si hæreditas æs alienum non contineret, vel saltem modicum, lex illa locum non haberet, quod quidem eius generalitati repugnare dicendum est; præterquam quod hæredi concedere apparet, vt partes illarum rerum præstare possit, quæ commodam diuisionem recipiunt: & ideo inquit Ripa propter ambiguum defuncti mentem & intentionem, an æstimationem, vel partes rerum in eo vt electione habeat, hæredi subueniendum censere. Videtur enim, vt inquit Ripa, æstimationem quæ etiã quota bonorum appellatur, legare voluisse. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signific. & id ne hæredem vt communionem cum legatario habeat in omni re ob discordiam, quam communitio parere solet. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indebiti. grauari voluisse videatur: mirum igitur non est, si æstimationis solutio contra verba expressa conceditur: qui quidem sensus, vt ait Ripa, verbis satis conuenit. Si igitur limitatio, vt regula illa, quod alterum pro altero solui non potest, vbicunque sumus in ambiguo, & perplexitate rei, de qua agitur, locum non habeat. Vnde etiam manifeste apparet, hanc Bart. limitationem generaliter non procedere. Et ideo dixit Bal. in l. illam, in contractibus non procedere l. nulla. C. de iure dot.

C A P. CLV.

Vigesimo sexto limitatur, vbicunque aliud in obligatione eius loco, quod præmissum est succedit, vt est in obligationibus facti, in quibus succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. 1. ff. de re iudic. Ac etiam in obligationibus rem tradi vel restitui, & quando que rem dari, vt dixit Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. num. 8. quaest. 4. & sequen. ff. de verb. oblig.

C A P. CLVI.

Vigesimo septimo limitatur, quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione. l. si quis stipulatus 10. in melle. ff. de solutio.

C A P. CLVII.

Vigesimo octauo limitatur, vt inquit ibidem Ripa, quando loco speciei quãtitas debetur: nam tunc pro quantitate species solui potest, vt dixit Bal. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. per ea iura, quæ ibi deducit. Hanc tamen limitationem Ripa eodem in loco reprobare videtur, per tex. in l. fin. C. de actio. & obligatio. & in l. plerique. ff. de iure dot. & ita tenendo subdit non ob stare tex. in l. miles. ita. §. 1. ff. de re iudic. specialitas enim in eo consistit, ne seruorum improbitas ultra æstimationem dominum alio detrimento & præiudicio afficiat, Instit. de noxal. actio. in princ. Ad tex. autem in l. si fundum per fideicommissum;

missum, respondet Ripa in dicta l. 2. §. *mutui datio*, cohæredem ibi quantitatis debitorem non fuisse, sed solam quantitatem in solutione extitisse ob fideicommissarii consensum. Præterea ad tex. in l. *fideiussor euictionis*. ff. *de doli excep.* respondetur ob rei debitæ restitutionem euictionem cessare: Et ideo si fideiussor rem pro eius euictione præstare contendens auditur, mirum non esse: tunc enim ad interesse actio cessat, ad quod euictionis actionem tendere certum est. l. *emptori*, & l. *habere licere*. ff. *de euictio*. Subdit tamen Ripa ibidem, Bart. sententiam communem esse: eam tamen in eo casu tantum veram esse existimare, cum species est in facultate soluendi, ita lege disponente, & ita procedat tex. in d. §. *decem in melle*. & sub ea comprehendit casum l. 1. ff. *de penu legata*, & omnes illos casus, in quibus precium succedit loco rei, de quibus in l. *si rem & precium*. ff. *de peti. hered.*

C A P. CLVIII.

Vigesimonono limitatur favore Ecclesiæ: nam eius favore constitutum est, ut creditor Ecclesiæ rem in solutum, si aliter vendi non possit, accipere cõpellatur, ut inquit Ant. de Burgos in c. *quod hoc intendit* num. 21. dum addit tertium casum auth. hoc ius porrectum, de creditore Ecclesiæ, qui rem Ecclesiæ cum aliter vendi non potest, in solutum recipere tenetur. Et inquit optime in simili facere auth. hoc nisi. C. *de solut.* dum ibi habetur, quod licet vbi debitor soluere non potest, nec reperit emptorem, creditor rem meliorem sui debitoris in solutum recipere teneatur: Ecclesiam tamen debitricem ad rem meliorem dandam non teneri, & in hoc à priuato differre debitore. d. *auth. hoc ius porrectum*.

C A P. CLIX.

Trigesimo limitatur, quando debitor pecunia bonisque mobilibus caret, ut inquit Ceph. in consil. 195. num. 1. vol. 2. Nam in hoc casu creditor loco pecuniarum creditarum bona in solutum accipere tenetur. §. *quod autem*, in *Auth. de fideiuss.* & in *auth. hoc nisi debitor*. C. *de solut.* & Bart. & alii in d. l. 2. §. *mutui datio*, in fin. ff. *si cert. per.* Si vero bona mobilia habeat secus est ex quo bona mobilia debitor facillime vendere potest, & de earum precio creditori satisfacere, ut inquit glos. in verbo, *mobiliis*, in d. §. *quod autem*, in *Auth. de fideiuss.* & sequitur Goza. in consil. 32. n. 7. & 8. cum seq. Subdit præterea in hoc casu, ut supra etiam diximus, emptorem rerum immobilium non reperiri oportere, quibus concurrentibus tenetur creditor meliora debitoris bona facta prius à iudice æstimatione in solutum accipere cum ea cautione, de qua tradit tex. in d. §. *quod autem*. Illud tamen animaduertendum est, eum qui inquit esse in casibus dictarum limitationum dictum suum probare debere, ut tradit Ceph. eod. in loco, n. 5.

C A P. CLX.

Trigesimo primo limitatur, ut inquit Salyc. in l. *ordo*, num. 4. C. *de execu. rei iudic.* quando creditor ex causa iudicati debitorem in carcerem duci procurat: Nam si debitor dicat, *accipe de bonis meis in solutum*, creditor autem renuit, & dicit quod debitor ea vendat & soluat, & debitor replicat emptorem nõ reperire: In hoc enim casu, ut debitor carcerem euitet, officium iudicis implorare poterit, quo cre-

ditor bona debitoris in solutum accipere compellatur. & in eo casu res meliores ipsius debitoris accipere poterit. Et de hoc inquit Salyc. casum esse in d. §. *quod autem*, in *Auth. de fideiuss.* & tradit Paris. in consil. 69. num. 43. vol. 2. inquitens creditorem per officium iudicis petere debere, ut pro suo credito sibi res hæreditaria assignetur, & de ea ad libitum disponere posse, ut ibi latius ipse profequitur.

Illud præterea, quatenus pertinet ad huiusmodi limitationes, adnotandum est, quod tradit Ceph. in d. consil. 195. num. 8. vol. 2. ut scilicet in casibus illis, in quibus creditor pro pecunia bona debitoris in solutum accipere compellitur, posse meliora accipere: Imo quod plus est, debitor ei illa offerre debet. d. §. *quod autem*, in d. *Auth. de fideiuss.* & d. *auth. hoc nisi debitor*. C. *de solut.* ei tamen pro paruo debito rem valde maioris precii & æstimationis, si aliam eiusdem æstimationis vel parum differentis habere potest, eligere non licere, ut inquit Ripa in d. l. 2. §. *mutui datio*, num. 13. ff. *si cer. per.*

C A P. CLXI.

A R G V M E N T V M.

Solutio pensionis an fieri debeat ad valorem monetæ, tempore contractus an tempore solutionis.

S V M M A R I A.

- 1 Pensionis solutio, an fieri debeat de moneta, qua erat in vsu tempore contractus, vel solutionis, & quomodo.
- 2 Soluendi in facultate, quando aliquid pro alio est, liberatur illud soluens, etiam quod deterius effectum sit.

Quoniam supra paulo ante de moneta soluenda plura diximus, satis congruit si hoc eodem loco eadem de re nonnulla addamus. Vnde pro faciliiori declaratione illud quaerendum est, tan pensionis solutio de ea moneta fieri debeat, quæ tempore conditi instrumenti vel conuentionis in vsu erat: an vero de ea, quæ tempore ipsius solutionis frequens sit? De hac quaestione meminit Curt. iun. in consil. 24. num. 5. cum sequen. vol. 1. & dicit Doctores communiter in l. *cum quid*, & in l. *quod te*. ff. *si cer. per.* & sæpe alibi concludere debitorem monetam vsitatum tempore contractus soluere debere, & casu quo talis moneta, ut sæpe accidit, non reperitur, si eius æstimatio soluat, satis esse. Verum quia plerumque ut ibidẽ subdit Curt. omnis difficultas in eo versari videtur, quod aurea moneta, iuxta vsum temporis solutionis, solui nõ potest, propterea quod tempore contractus paucioribus florenis commodius aureos ducatos, quæ tempore solutionis debitor inuenire poterat: merito ut ducati aurei inspecta æstimatione tempore solutionis solui possint cõcludendum censuit. Communis namque conclusio est, ut licet moneta diminuta sit, ut quia fortasse minores monetæ cudantur, maiores tamen monetæ tam auri quam argenti solui possint, ut voluit glos. in l. *si quis argentum*, in princ. C. *de donat.* & tradit Bar. in d. l. *Paulus*, & Canonista in d. c. *quanto*, extra *de iureiur.* Dubiũ igitur non est, quin tempore contractus loco vnius floreni maior moneta, dummodo tamen ære commista non sit, solui possit, Ergo & postea quoque solui

solui poterit: Æstimatione tamen, iuxta tempus solutionis fieri debet, non autem contractus, ut inquit Bal. *in d. l. cum quid. ff. si cert. pet.* dum inquit quo ad æstimationem non contractus, sed petitionis & solutionis inspiciendum esse: Opinionem Bal. sequutus est Alex. *in d. l. quod te.* Et ideo inde inferitur, ut si ducatorum æstimatione aucta sit, & debitor ducatos soluere velit, æstimationem illam ducatorum attendendam esse, quæ est solutionis tempore, ita ut illa æstimatione, quæ florenum constituit, etiam in ipso ducato florenum cõstituat. Nec currat, an moneta deterior effecta sit, & bonitas intrinseca sit mutata: nam si ponamus florenum cõstare ex quatuor vel quinque libris, qui quatuor vel quinque libras consequetur, utiq; florenum consequi dicendum est. Nec refert si dicatur, quod ex vno corpore, sed ex diuersis constet, propterea quod illa summa ex pluribus corporibus constans florenum representat, & vnum corpus vnius floreni facit, ut in simili de vniuersitate dici solet, quæ tãquam vnum corpus à singulis vniuersitatis hominibus representatur. *l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. & l. proponebatur. ff. de iudic.* Et ideo si creditor ducentos fortasse florenos habeat, etiam quod moneta sit minus perfecta, satis dicitur florenos illos ducentos habere, & ex consequenti illi de suo credito satisfactum esse. Nec attendi debet, quod florenus aureus, cuius bonitas intrinseca immutata non est, inspecto tempore solutionis, plures florenos conficiat, quam essent nulla præcedente mora tempore contractus: Quia communis regula est, quod quando aliquid pro alio solui potest, utputa quia in obligatione damni æstimator sit, facultas autem soluendi est in quadrupede & animali, quod noxiam intulit, ipsum quoque animal quod in facultate soluendi est, etiam quod deterioris conditionis fiat, quam esset tempore illati damni, si à debitore præteretur, debitorem liberari, ut habetur in *l. 1. §. plane. & §. si post litem. ff. si quadrup. pauper. fecit. dicitur.* & ita in terminis soluendæ monetæ consuluit Bartol. Socin. *in consil. 6. prædicta consultatio, col. fin. vol. 1.* & idem quoque voluit Bart. *in d. l. Paulus, in fi. dum inquit quod si depono centum libras in tot florenis, centum tantum libras in obligatione esse, & peti posse, propterea quod videor illos florenos libris centum vendidisse, floreni autem sunt in facultate soluendi.* Subditq; ibidem, quod si dictum fuerit, Depono apud te libras centum in florenis: aut est actum, ut pariter in florenis restituas sub eadem æstimatione, & tunc in eadem æstimatione reddendi sunt. *l. penult. §. si mancip. ff. soluto matrimonio.* si autem in eadem æstimatione dictum non sit, in communi æstimatione reddendas esse, quæ tunc est, cum solutio faciendæ est. *per tex. in l. si quis stipulatus fuerit 10. in melle. ff. de solutio.* Et ita declarando concludit Bart. ut quando non soluitur moneta rudis & deterior, quæ tantum est in obligatione: sed floreni, qui solum sunt in facultate soluendi, florenorum æstimationem iuxta solutionis tempus faciendam esse: & ideo etiam quod florenorum valor, seu æstimatione aucta sit, debitorem soluendo pauciores florenos liberari, quam tempore contractus soluturus erat. quod autem Bart. loquatur, quando florenus erat tantum in facultate soluendi, ex conuentione vel ex consultatione, probatur per *tex. in d. l. si stipulatus fuerit 10. melle. & ita eum intelli-*

git Aret. in d. consil. 11. in fine. Aliud exemplum de hoc ponit Paul. Castren. *in d. l. Paulus. ff. de solutio. ex intentione Bart. & est huiusmodi.* Dedi tibi mutuo centum libras eo tempore, quo centum libris poteram 20. ducatos conficere, utputa quia ducatus ex quinque libris constabat: accidit deinde, ut ducati æstimatione adeo aucta sit, ut illos 20. ducatos conficere non possim, prout poteram tempore contractus: Vnde cum quæretur, an ultra illas centum libras debitor illud plus soluere teneatur, quod ad illos 20. ducatos conficiendos deficit? Et Castr. eo in loco non teneri arbitratur, & ex consequenti ut tempus solutionis, non contractus attendatur, prout voluit etiam Butr. & post eum Imola *in d. cap. quanto, extra de iureiuran. quos refert & sequitur Francisc. Curt. in suo tractatu de more. in secunda quæstio. princip.*

Contrariam vero opinionem tenet Corn. *in consil. 321. num. 12. volum. 3.* vbi vult, tempus contractus inspiciendum esse, non solutionis, si fortasse pecunia sit immutata: nec sit eiusdem bonitatis, seu æstimationis, cuius erat tempore contractus: vel saltem, ut supra diximus, antiquæ monetæ æstimatione præstanda est, ut ibi late pluribus comprobatur, & rursus idem comprobatur Corn. *in consil. 287. num. 21. & 22. volum. 1. & in consil. 279. num. 3. eod. volum. 1. & in consil. 181. num. 70. volum. 2. & iterum in consil. 109. numero 1. volum. 4. & Socin. iunior in consil. 101. num. 1. & 2. volum. 3.* vbi pariter vult, antiquam monetam seu pecuniam, si reperitur, soluendam esse: si vero non reperitur, eius æstimationem in ea moneta, quæ tempore solutionis in usu est: & refert ibi plures, qui hanc eandem opinionem sequuti sunt: Et hoc idem tenent omnes alii, qui de æstimatione loquuntur. Præsupponunt namque, quod si antiqua moneta reperiretur, illa soluenda esset. & iterum idem voluit Socin. iunior *in consil. 142. num. 6. volum. 2. & in consil. 145. num. 94. volum. 1. vbi plures refert. & idem etiam voluit Socinius senior in consilio 298. num. 1. volum. 2. & Bertran. in consil. 261. num. 7. volum. 1. & Bal. in consil. 499. num. 1. volum. 1. item hanc eandem opinionem sequitur Ioan. Cephal. *in consil. 31. num. 8. volum. 1.* vbi vult, attendendam esse illam monetam æstimationem, quæ erat tempore contractus, non autem solutionum faciendarum, ut voluit Bar. quem sequuntur alii *in l. cum quid, in fine. ff. si cert. pet. & in d. l. Paulus, colum. 1. & Aret. in consil. 11. & in consil. 112. in princ. & Socin. in consil. 298. volum. 2. & Abb. & alii in c. olim, & in cap. penult. extra de censib. & Ifern. in tit. quæ sint regalia. in verbo, moneta, colum. 3. in vrb. feudo. vbi etiam tradit Afflict. sub num. 13. 15. & 20. vbi refert etiam Bal. *in l. fin. C. de non num. pecun. & Oldradus in consil. 31. thema tale est, & Specul. in tit. de obligatio. & solutio. §. nunc aliqua, in fi. vbi etiam tradit Ioan. Andr. & Bal. in additio & iterum Bal. *in l. 3. numero 4. C. commun. de legat. & in l. illud, in vlt. quæstio. C. de sacrosanct. eccles. & Imola in elemen. fin. de decim. & Corn. in consil. 287. num. 4. versic. tamen hoc non obstante. volum. 1. & in consil. 181. num. 71. volum. 2. & in consilio 321. colum. penult. num. 12. volum. 3. & Calcan. in consil. 14. per totum. & Bertran. in consil. 168. & in consil. 261. & in consil. 312. volum. 1. & Guido Papæ in quæstio. 493. si fiat monetarum mutatio. & Afflict. in decisio. 90. & in decisio. 194. & Rubens Alexand. in consil. 148. & Decius in l. quod te, num. 8. ff. si cert. pet. & Abb. in consil. 56. quod solutio, colum. 2. volum. 2. & in c. quanto, colum. penult.****

extra de iureiuran. vbi hanc esse communem opinionem attestatur, non solum Canonistarum, sed & Legistarum quoque, & Socin. in d. consil. 298. & Crauetta in consilio 47. num. 6. & Ioan. Petr. Ferrat. in sua practica Papiensi, in formula libelli in actione hypothecaria, in versic. relaxandum iure pignoris num. 2. Quæ quidem conclusio in annuis quoque solutionibus ex contractu debitis locum habet, vt est tex. in c. olim, extra de censib. & tradit Bal. in d. c. quanto, & Bertran. in d. consil. 261. num. 7. & Calcan. in d. consil. 14. & las. in l. 2. questio. 36. C. de iure emphyteut. & Rubens Alexand. in d. consil. 148. colum. 2. & Brunus in tract. de augu. mone. in vlt. conclusio. 1. ac 7. declaratione. & Corn. in d. consil. 287. colum. fin. & in consil. 181. Confirmatur præterea prædicta conclusio ex iis, quæ dixit Bart. in l. cum certum. ff. de auro & argen. legato. dum inquit, quod si fortasse quispiam promiserit alicui dare quinquaginta, & deinde anni duo elapsi sint, solutionem iuxta æstimationem temporis solutionis, non contractus faciendam esse. Id quod iteram voluit Bart. in l. res in dotem. ff. de iure dot. & Abb. in d. cap. 5. & Bal. in consil. 255. nono super eo, quod queritur, volum. 2. & in consil. 213. presentis questionis, volum. 5. de his vide Hieron. Grat. latissime in consilio duodecimo. & in consilio 13. volum. 1.

In hac difficultate Tiraquell. in tractatu de vtroque retracta. in titulo de retracta. ligni ager. glos. 20. num. 13. ad tollendam opinionum varietatem inquit: Aut nummi sunt probatæ materiei, sed non legitimi ponderis, & ideo si debitor eos offerat, ex quo summam integram non perficiunt, merito ipse creditor pensionis, vel alio modo eos recipere cogendus non est, vt expresse videtur probare tex. in d. c. quanto, extra de iureiuran. in illis verbis, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebatis, iunctis præcedentibus verbis, videlicet, quæ tamen circa mortem eius fuerat legitimum pondere defraudata. vbi etiam notat Hostien. & Ioan. Andr. & vterque in verbo, legitimum pondere. Vbi etiam Bal. colum. 1. vers. ibi, falsata. Nam, ibi quoque inquit gl. 1. in verbo, parus; tria requirit moneta, vt reprobata non dicatur, & sunt huiusmodi: Pondus, materia, & publica forma, vt est tex. in l. 1. ff. de contrahen. empt. & sequitur Bal. in c. quanto, de de quo supra diximus: inquit pondus ad substantiam requiri, & formam ad auctoritatem. & idem voluit Salyc. in l. 2. Cod. de falsa moneta. & Raphael Cuman. in consil. 158. hoc maxime propositum, in fin. & late Ioan. de Anania post alios, in c. falsariorum, extra de crim. falsi. & Fabian. à Monte sancti Sab. in tract. emptio. & vendit. in 5. quest. princ. colum. 1. & 2. & Afflict. super Const. Sicil. in const. Adulterinam, in 4. quest. & facit tex. in d. l. 1. C. de vet. numis. pote. lib. 11. vbi Andr. de Barulo, Bart. & Io. de Platea: qui & ipse ad veram monetam constituendam, eadē tria requiri existimavit: & ibidē adnotandū dicit, creditore monetam probe speciei recipere nō teneri si pondus nō sit legitimus, etiam si debitor eā pro æstimatione, cuius est, soluere velit, sumpto ab eo tex. argumento à contrario sensu. Et ratio est, quia huiusmodi moneta, quæ ex iusto pondere non consistit, falsa dicitur, vt est tex. in l. quicumque. ff. de fals. quæ licet id dicere non videatur, probatur tamen expresse in d. c. quanto. Si vero nummi probæ materiei & iusti ponderis offerantur, qui tamen in vsu non sint, nec expendi soleant, & pariter inquit talem oblationem non valere. Statutum namque de moneta loquens, de

ea quæ in frequenti vsu sit, & expendi soleat in loco statuti, intelligendum est, vt ex facto respondit Alex. in d. consil. 140. Statutum loquens, colum. 1. volum. 1. per tex. in clem. 2. ibi, ad monetam currentem. vbi tradunt etiam glos. Guliel. à Monte, Paul. Elea. Ancharan. Cardin. Floren. Panorm. & plerique alii. de decim. & alii quamplures, quos refert Alexan. in eodem consilio. Vbi etiam subdit, colum. 2. versic. nec obstat si quispiam. satis non esse, quod tales nummi vsu non recepti, alicui campori dari possint, qui aliquid minus soluendo in probam pecuniam & vsu receptam commutet, & eo transmittat vbi vsu recepti impediuntur: Nam lex illud potissimum aduertit, quod frequentius accidit. l. 1. §. si quis. C. de latina. liberta. tollen. & c. quia saepe. extra de restit. spoliat. cum aliis multis concordantibus, quos ibi deducit. Et de hoc tradit Rosfred. Beneu. quest. Saba. 15. AEmilius. dum tractat, an pecunia reprobata à debitore soluta iuxta camporis arbitrium soluentem liberet? Ad illud autem, quod principaliter dixit Alexan. addit optimum tex. in cap. fin. in si. ibi, quinque solidorum vsualis moneta, extra de maled. Vbi inquit gl. inspiciendam esse consuetudinem regionis, per text. in l. si seruus plurium §. si numerus. ff. de leg. 1. & in leg. nummis ff. de lega. tertio. & in l. cum de lanionis. §. asinam, in si. ff. de fundo instruct. & Hostien. in d. cap. fin. in verbo, vsualis. qui etiam adducit ad hoc text. in l. imperatores ff. de contrahen. empt. & in l. 1. in princip. ff. de flumin. & in cap. ex literis, il primo. extra de sponsal. & id sequuntur Panorm. & Ioan. Andr. in d. c. fin. & iterum Ioan. Andr. & Hostien. in d. c. quanto. in vers. legitimum pondere, extra de iureiur. dum inquit, monetam tribus modis reprobari, videlicet ob materiam, pondus & vsu. Comprobant etiam prædicta ea, quæ dixit Oldr. in consil. 31. Thematale est, quidam condens. & Corn. in consil. 287. in hac consultatione, colum. 4. vers. deueniendum est, volum. 1. & in consil. 321. de pluribus, colum. penult. versic. restat, volum. 3. & Fabian. à Monte sancti Sabini, in tract. emptio. & vendit. in 5. quest. princ. col. 4. vers. vltimus est notandum. & Decius in consil. 668. secundum ea. dum ibi inquit, depositum de pecunia vsu non recepta factum non subsistere. & Cos. Buy. in prag. sanct. in tit. de annatis. §. item fui in verbo, vsualis. Verum Bal. in consil. 499. num. 1. volum. 1. alio modo distinguit auctoritate Specular. videlicet: Aut moneta soluitur auctoritate legis & ea moneta attendenda est, quæ vsu recepta est: Aut vero partium conuentione, & tunc antiqua moneta attendi debet. Subdit tamen ibidē consuetudine attendendam esse, prout etiam dixit in consil. 269. num. 1. volum. 2. Si vero nulla extet consuetudo, ita distinguit: Aut moneta est sublata, aut eius æstimatio, quæ est aucta vel diminuta. Primo casu æstimationem antiquæ monetæ attendendam esse arbitrat. cap. olim. extra de censib. Secundo vero casu aut, inquit, moneta est mutata ante moram debitoris: & tunc noua moneta attendi & solui debet, & sic nocet debitori. Aut vero post moram debitoris immutata est, & tunc nocet debitori. & sic videtur velle; vt siue sit aucta siue diminuta, tempus solutionis attendatur.

Si igitur teneamus illam conclusionem, vt tempus contractus non solutionis attendendum sit, ad illud quod dixit Calcan. in consil. 15. n. 39. & 40. animaduertendum est: Nam si creditor ducatur iuxta illam æstimationem, quæ erat tempore contractus, recipere

recipere cogatur, & si fortasse minuatur in damnum ipsius creditoris cedit: Pariter etiam si augetur in eius utilitatem cedere existimauit. *l. damnum. §. si u. ff. de reg. iur. & l. scienti.* & præsertim, quia ratio suadet æqualitatem seruandam esse, *l. ratas. C. de rescind. vendit. & l. si quis. ff. de testib.* Accedat etiam, quod mensuræ alteratio, ipsius mensuræ mutationem inducit. *l. qui res. §. aream. ff. de solution.* Et ideo locator eam recipere non tenetur: quia ut supra diximus, aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. & l. 1. C. de fabric. & l. eum à quo. C. de solut. cum similib.* & ideo inquirunt pro actore seu locatore Pileum pronunciaffe, *per text. in l. 3. ff. si cert. petat. & in l. filius. de verb. obligat.* Iterum eandem opinionem tenuit Pileus in Broccardis suis, *in tit. de contract. in rub. eadem mensura, vel moneta.* dum inquit eandem mensuram vel monetam deberi, quæ erat contractus non solutionis tempore: & casu quo alia quauis de causa soluatur, damni rationem habendam esse, etiam si deinde post contractum celebratum aliter statuto dispositum sit. Et ratio est, quia statuta post contractum edita futuris, non præteritis negotiis formam dare intelliguntur. *l. lex. C. de legib. & constit. vide de hoc Grat. in consil. 12. num. 30. cum sequen. & iterum in consil. 13. vol. 1.*

Quoniam supra de alteratione monetæ nonnulla diximus: illud hoc loco omittendum non est, post Cantensem cladem propter ingruentem ærarii & militum inopiam triumuitos conquirendæ pecuniæ monetales, seu monetarios creatos fuisse æris, argenti atque auri statores: Quorum munus erat numismata probi auri & argenti, iustique ponderis examinare: & alios legendæ iuuentutis, qui militiæ idoneos per oppida conquisitos ascriberent, *ut inquit Alexand. ab Alexandro suorum genialium lib. 3. cap. 16.* Quanquam, *ut idem ait, lib. 4. cap. 15.* tam apud externos, quam Romanos æris signati argenti que & pecuniarum longo tempore nullum vltum fuisse mercesque non pecuniæ interuentu, nec signato ære, sed res commutare consueuiffent, *ut late de hoc dixi in l. 2. §. sed pone, num. 195. cum sequen. ff. de religion. & sumpt. funer. inquit etiam Dion lib. 47.* Brutum in monetis, quas ciui curauit, in vno laterum suam imaginem imprimi mandasse, & in altero pileum cum duobus ensibus: inde inferens eos duos, Brutum scilicet & Cassium, Rempublicam patriæ restituisse.

C A P. CLXII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.
I Creditor partem crediti sui recipere cogi non potest.

Regula satis vulgata & trita est, ut creditor partem sui crediti recipere cogi non possit, *ut est tex. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. & late tradit Hieronym. Butigel. in l. quidam existimauerunt, num. 15. cum seq. ff. si cert. petat. & est etiam text. in l. placuit. C. de col. fund. pater. arguendo à speciali.* Comprobat Decius ex iis, quæ dixit Bart. *in d. l. quidam existimauerunt,* quod creditor totum petere cogi potest: Ergo pariter e contra, ut debitor totum soluere cogi possit di-

tendum est, cum inter eos æqualitas seruanda sit, *l. fin. C. de fruct. & liti. expens.* Et ideo dixit Ioan. de Amicis *in consil. 55. num. 18.* Si debitum sit liquidum, ut puta in decem, si debitor partem offerat, creditorem partem oblatam recipere cogendum non esse, *ut adnotauit Bald. in l. acceptam, in 6. oppositione. C. de vsur. per text. in d. l. tutor. §. Lucius. cum similibus ff. eodem tit.* Vnde etiam dixit Ripa *in l. si se non obtulit, num. 27. ff. de re iudic.* creditorem vniuersalem, solutionem particularem pro sua rata à particularibus recipere cogendum non esse: *& id optime probari inquit in l. 3. ff. de aliment. & cib. legat.* Ratio autem est, quia particulares solutiones incommode plura afferunt, *d. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.* Præterea, quod creditor partem sui crediti recipere cogi non possit, voluit etiam Angel. *in d. l. quidam, num. 1. ff. de rebus credit.* dum inquit, cum debitum est liquidum, creditorem particularem solutionem recipere non compelli: si vero illius pars tantum liquida sit: ad eam quoque partem, quæ liquida est, recipiendum pariter compellendum non esse. Et quod non teneatur recipere particularem solutionem, firmat etiam Cardin. Alben. *in l. si post moram, num. 4. ff. de eo quod certo loco. & in d. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.* Præterea eandem conclusionem sequitur Alexand. *in d. l. quidam, num. 7. ff. si certum petat. vbi* quamplures refert limitationes, & Riminald. senior, *in consil. 348. num. 3. vol. 2.*

Primo igitur limitat in casu illius *l. quidam,* secundum intellectum gloss. & communem, ut scilicet quando debitor partem confessus sit, & partem negauit: nam tunc partem, quam debitor confessus est, recipere tenetur: reliquum vero in iudicio prosequi: & ideo dixit Socin. *in d. l. quidam existimauerunt, num. 5. ff. si certum petat.* creditorem partem sui crediti liquidam accipere debere, & super non liquida iudicium mouere. Hæc tamen limitatio sublimitatur, nisi actor in continenti reum de mendacio redarguere paratus sit, *ut inquit Bald. in d. l. quidam.*

Secundo limitatur fauore libertatis, ut eadem ratione tradit gloss. *in d. l. quidam existimauerunt. ff. de reb. credit. & ibidem etiam refert Alexand.*

Tertio limitatur in dispositionibus ad pias causas factis, ut dixit Lud. Rom. *in eadem l. quidam. per ea que notat Bart. in l. si vnus. C. de testam. & in l. proxima. C. de his que in testam. delent. & Alexand. in d. l. quidam, num. 7. cum aliis concordantibus.*

Quarto limitatur in casu *l. placuit,* quam refert gloss. *in d. l. quidam existimauerunt.* Id tamen animaduertendum est, quod dicta *l. debitor* non loquitur, licet gloss. ibi, de eo loqui existimauerit: sed loquitur de emphyteuta prædiorum & Cæsarei patrimonii. In eis enim hæc limitatio locum habet, dummodo tamen tribus vicibus infra annum integrum debitum soluant. Et ideo stantibus prædictis quaesuit Bald. *in d. l. quidam existimauerunt,* an illud quod dixit gloss. de tributis, in collectis locum habeat, & respondendo locum non habere censuit, ut ibi latius ipse prosequitur, & idem sequitur Alexand. *in d. l. quidam existimauerunt, num. 7. ff. de reb. credit. si cert. petat.*

Quinto limitatur, ut ibidem inquit Alexand. *in eodem num. 7.* quando plura orirentur dubia *per text. in l. si quam refert gloss. ibi.* Et ideo dixit Raphael Cuman. *in l. scire debemus, in princ. ff. de verborum obligat.*

quod si res plures mihi à principio debeantur : & deinde sub vna verborum conceptione eas mihi dari stipuler : etsi vna sit stipulatio , vt habetur in d. l. scire debemus , versic. stipulationem . tamen vna sine alia inuito creditore solui poterit , inspecta prius originali causa , argumento l. quod in princ. ff. de donat. & in l. tutor. ff. de fideiussor. At Alexand. non probat dictum Cuman. per text. in l. scire debemus , versic. stipulationem . & ea qua notat Bart. in d. l. fin. & in l. quidam . dum refert text. in dicta l. scire debemus , & inquit confirmari ex iis , quæ notat iterum Bart. in l. 1. §. hac stipulatio . §. si quis testamen. liber esse iuss. fuer. vbi respondit ad dict. l. id quod . Præterea hanc conclusionem sequitur Socin. in l. 2. §. ex his igitur , num. 2. & 3. ff. de verborum obligationib. & infert quod quamuis defunctus , qui ad aliquam summam tenetur , non possit creditori inuito partem soluere , iuribus supra deductis , quia vnum est debitum , eadem ratione vbi plura sunt debita non procedere : Nam tunc si plura sint debita , secus est . l. fin. ff. quibus modis hypothec. soluat . & ideò inde infert , quod si debitor alicuius summæ duobus vel pluribus hæredibus relictis moriatur , ex quo in eo casu obligatio diuiditur pro portione hæreditaria inter hæredes . l. 1. ff. si cert. petat . Consequens est , vt in persona hæredum plura debita constituentur , & ideò hæres soluens suam portionem , quod sane suum debitum est , debitum diuidere non dicitur : Secus vero si partem sui debiti diuidere vellet , vt declarat Bart. in §. precedenti . propterea quod in eo casu regula præcedens procederet , quod partem debiti solueretur : Nam ex persona hæredum non mutatur conditio obligationis : & ratio est , quia vnum debitum diuiditur in plura debita .

Sexto limitat Alexand. in d. l. quidam . in casu §. si plurium , relati in d. l. quidam .

Septimo fallit , vt eodem in loco inquit Alexand. in eo , qui duos dedit fideiussores , & tamen ipse in solidum conueniri non poterat : In eo enim casu si debitor principalis partem debiti non suo nomine proprio , sed alicuius ex suis fideiussoribus , si portionem vnius ex suis fideiussoribus , soluat etiam inuito creditore satisfecisse dicendum est , vt est text. iuxta vnum intellectum , seu interpretationem gloss. approbatam in l. in his . §. si duos . ff. de solut. quæ alibi in iure non reperitur , vt inquit Bald. in l. pro hæreditariis , col. 1. C. de hæred. actio . & in l. acceptam , in 8. opposit. C. de vsur. Quærit tamen instantibus prædictis in eadem l. quidam , num. 8. dubitari posse , an illud quod de pluribus debitis dictum est , per text. in in d. l. fin. pariter locum habeat , si non sit vnum & idem debitum , sed vnum principale & aliud accessorium , vt puta sortis & vsurarum in eo casu , in quo de iure debentur , vt inquit Castrenf. in d. l. quidam . Et concludendo idem dicendum arbitratur , & ex consequenti vnum sine alio solui posse . l. 1. C. de solutione . Dicit tamen id ibi non probari , cum non loquatur de debitore , sed de solutione inuito creditore sequuta , etsi Alberic. de Rosate in d. l. quidam , dicat contrarium , per text. in d. l. tutor . §. Lucius . in verbo centum . & vsuras , iunctis sequentibus verbis . & idem voluit Salycet. in dicta l. 1. C. de solutione . per text. in dicto §. Lucius . & id comprobatur Alexand. in loco supra relato . idem comprobans ex eo quod notat gloss. in l. vsuras , in fin. C. de vsur & Bart. in l. sed si aliam , in princip. ff. de constit. pecun. & in l. 2. & in l. acceptam , in 19.

question. C. de vsur. & in l. si traditio , in 6. question. C. de actio. empti . etsi aliud sentiat gloss. in l. qui Roma , in princ. ff. de verbor. obligatio . & ideò inquit Alexand. ibid. Secundo modo limitabis gloss. nostram hic , vt voluit notabiliter Bart. in l. pignori , circa medium . ff. famil. & ciscun . nisi plura debita à principio fuissent , vt puta defuncti , qui postea decessit cum duobus hæredibus , inter quos actio ipso iure diuisa est pro hæreditariis portionibus , prout late tractaui in l. 1. ff. de relig. & sumpt. fun .

Sublimitatur hæc limitatio , si in diuisione hereditatis integrum hoc debitum vni ex cohæredibus assignatum sit : nam in eo casu , cum pro vno debito tantum habeatur non potuerit ille cui fuerit assignatum , partem soluere . d. l. fin. versic. contra quoque secundum intellectum Petri & Bart. id quod diligenter notandum esse inquit Alexand. in d. l. quidam existimauerunt . ff. de verbor. obligat .

Octauo limitat Socin. in d. l. quidam , num. 17. si res debita diminuta in qualitate offeratur , vt puta deterior effecta : nam tunc illius deteriorationis æstimatio debetur , vt dixit Socin. in d. l. quidam , num. 17. iunctis notatis in l. 3. §. si reddita . ff. commoda . & iis , quæ notauit Bart. in l. si quis alicui . ff. de solutione . & notat gloss. quam sequutus est Bart. in l. eleganter . §. non solum . ff. de dolo . & supra . late de hoc diximus .

Nono limitatur quo ad partis receptionem , nisi creditor , vt supra diximus , reum in continenti de mendacio conuincere paratus esset : Nam paria sunt liquidum , & id quod in continenti liquidari potest , vt notatur in l. fin. C. de compensat. & voluit Bald. quem sequuntur recentiores in d. l. quidam existimauerunt . ff. si cert. petat .

Decimo limitatur , quando actor publico instrumento probaret , propterea quod tunc rei negatio rem dubiam non redderet , vt notatur in l. cum rem . ff. de transactione . & facit illud , quod dixit Ioan. Andr. in additione ad Speculum , in tit. de exceptione . §. dicto . versic. sed an reus .

Exceptis supradictis limitationibus remanet supradicta conclusio , vt pars debiti creditore inuito solui non possit , vt dixit Socin. in d. l. quidam , num. 8. Et tunc vera est , & locum habet , quando debitum totum liquidum est : nam tunc particularis solutio non admittitur , id quod ultra text. in dicto §. Lucius , comprobatur Socin. eo in loco huiusmodi factis concludenti ratione : Nam si solutio cum incommoditate loci vel temporis offeratur , creditor recipere cogi non debet . l. si soluturis , ff. de solutione . Ergo pariter eam cum ea incommoditate , quam infert particularis solutio recipere cogi non potest , nec debet , vt est text. in l. plane . ff. famil. exciscun . arguendo de re ad tempus , iuncta l. miles , in versic. & quia diximus . ff. de testament. milit. Et ideò vidimus supra hanc conclusionem limitari , quando debitum est partim liquidum , & partim non liquidum .

C A P. CLXIII.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I U M.

1. Creditor inuitus non cogitur solutionem recipere alibi quam in loco solutioni destinato.

Regula

Regula supra constituta, † quod creditor inuitus aliud pro alio recipere non cogatur, intelligitur & ampliatur, vt etiam alibi quam in loco solutioni destinato recipere non teneatur, prout etiam econtra reus non tenetur alibi soluere illud, quod in vno loco soluere tenetur. *l. vsuras. C. de solution. nam valet argumentum de re ad locum. l. fin. ff. de ritica. action. & notat Ias. in l. u. qui certo. ff. de eo quod certo loco. & refert Rolan. a Valle in consil. 58. num. 16. & 17. vol. 1.*

C A P. CLXIV.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vbi locum habet, potest creditor accipere sibi vtiliora.

S V M M A R I A.

- 1 Debitor cum dare vult bona creditori in solutum, & quando creditor ea recipere tenetur, ea petere potest creditor, quæ sibi vtiliora & commodiora sunt.
- 2 Diuisio si fiat rei communis, illa portio cuique assignari debet, quæ suis bonis propriis magis contigua est.
- 3 Actor mittendus in possessionem ob contumaciam rei ex primo decreto potest sibi viciniora petere.

Pertinere videtur ad præcedentem questionem, an vna res pro alia solui possit, quod quando debitor † creditori bona in solutum dare vult, & creditor ea recipere tenetur, creditor ea petere potest, quæ sibi vtiliora sunt, vt inquit Anton. Capicinus in decis. 42. num. 5. Vnde etiam est, quod † in re communi diuidenda ea cuique portio assignanda sit, quæ eius bonis propriis contigua & magis proxima est, vt voluit Angel. de Perigliis in l. non amplius. §. cum bonorum, col. fin. ff. de leg. 1. Et ideo si aliquis ex iis, qui rem communem diuidunt, fundum prope fundum diuidendum habeat; alius vero non: illi eius portio iuxta fundum proprium assignanda est. *l. 2. C. de metalla. lib. 12. facit ad hoc text. in l. si cui fundus. tit. 1. Et in l. quicumque. C. de omni agro deserto. lib. 11. cuius l. autoritate inquit Lucas de Penna mulieri pro dote terras & castra sibi coherentia assignanda esse: Qui etiam dixit, actorem in rei contumacia, ex primo decreto in possessionem mittendum: sibi vicina petere posse. † Quatenus autem dicebamus creditorem, cui debitor bona in solutum dare vult, sibi vtiliora, ac commodiora petere posse intelligendum est de vicinis inter se, vt scilicet petium aliquod in vno loco, & aliud in alio assignetur. Quatenus præterea ad diuisionem pertinet, illud optime facere ait, quod dixit Petrus de Vbal. in tract. societ. in part. 11. versic. decimotertio quæro, dum inquit: Si quispiam ex diuidentibus, alius vero non fundum prope prædium diuidendum habeat, ei portionem iuxta fundum proprium assignandam esse, *d. l. 2. de iur. legat. lib. 12. & subdit optime facere text. in l. fundus. ff. de legat. 2.* Præterea quod credito de bonis sibi commodioribus & vtilioribus accipere possit, patet ex §. quod autem, in Authent. de fideiusor. & tradit Anton. Capicinus in decis. 169. num. 3.*

C A P. CLXV.

A R G V M E N T V M.

Solutio fieri potest etiam inuito, à Tertio.

S V M M A R I A.

- 1 Creditori etiã inuito ab alio non debitore solui potest.
- 2 Creditori pro alio inuito soluenti actio negotiorum gestorum non competit contra eum, pro quo soluit, sed ille solum liberatur, pro quo soluit.
- 3 Debitor illius, pro quo soluit, si eius creditori soluat, cui suum debitum est hypothecatum, soluendo liberatur.
- 4 Creditor non potest recusare solutionem, quæ ei sit nomine debitoris à quocunque fiat.
- 5 Debiti offerendi extraneus ius habet.
- 6 Creditor potest recusare pecuniam oblatam tempore non congruo, vt puta nocturno, vel loco non conuenienti, & id proderit si paratus sit prorogare dilationem.
- 7 Creditor quibus de causis pecuniam recipere denegare possit.
- 8 Creditor non cogitur recipere pecuniam sibi in marisupio, vel crumena oblatam.
- 9 Debitor amittens pecuniam oblatam sine culpa, quod amplius non teneatur: de qua culpa intelligendum est.
- 10 Culpa in dubio de leui intelligenda est.

Creditori † etiam inuito ab alio tertio solui potest, vt inquit Ruinus in consil. 209. num. 27. volum. 1. vt est text. in l. soluendo. ff. de negot. gest. & in l. solutionem. ff. de solution. Illud autem antequam ad alia transeamus adnotandum est, vbiunque † tertius aliquis pro aliquo inuito soluit, ei qui ita soluit, negotiorum gestorum actionem contra eum, pro quo soluit, non competere, sed eum tantum, pro quo soluit, liberari, vt notauit gloss. quam sequutus est ibi Bartolus in l. Stichum. §. fin. ff. de nouation. & iterum gloss. quam sequuntur Doctores communiter in l. fin. C. de negot. gest. Id autem in eo soluente locum habet, qui illius, pro quo soluit, debitor non sit: Si vero eius debitor † sit, & creditori sui creditoris soluat, cui eius nomen hypothecatum erat, vtique ei soluendo liberabitur, etiam quod inuito suo creditore soluat. Ratio autem est, quia ad soluendum vtili actione obligatus est. *l. si conuenerit, in princ. ff. de pignor. action. & l. nomen. C. quæ res pignor. oblig. poss.* Præterea, † quod creditor solutionem, quæ ei fit à quouis nomine sui debitoris, recusare non possit, tradit Cassan. super constitut. Burgun. rubric. 11. §. 2. num. 41. & est text. vbi notat. Ias. in l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. Et eandem conclusionem sequitur Robert. Maranta. in l. si actor, num. 38. ff. de procarat. asserens creditori etiam inuito solui posse, & pariter debitorem inuitum liberari. Imo si creditor solutionem recipere noller, poterit ille tertius pecuniam offerre, vel deponere. Quæ quidem oblatio illius efficaciam est, vt debitorem deinde à quacunque perturbatione & molestia tueatur, vt voluerunt Bald. Angel. Fulgos. & Castr. vbi tenet etiam Ias. in d. l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. Vbi Bald. notat † ex eo text. in in eo casu extraneum ius offerendi debitum & debitorem liberandi ius habere. *l. qui decem. §. 1. ff. de solutio. & l. cum postliminii*

postliminii. C. de capt. & postlimin. reuer. & l. obsignatio-
 ne. C. de solution. Id quod eo magis in vero debito-
 re locum habet soluente, propterea quod creditor
 eam solutionem, nisi cum iusta causa reuicere non
 potest, vt inquit Angel. in l. si debitor, num. 1. ff. de solu-
 tion. per text. in l. qui res. §. mihi Roma. & l. creditor. &
 l. qui decem. ff. de solution. & rursus idem voluit Angel.
 in dicta l. tale pactum. §. post diuisionem, num. 2. ff. de
 pact. Præterea hanc conclusionem sequitur Andr.
 Sadol. in l. quod te, num. 37. & 38. ff. si certum petat.
 vbi vult debitorem liberari eisdem iuribus, si pecu-
 nia pereat sine eius culpa. Id autem tunc verum
 est, cum creditor sine iusta causa recipere recusat,
 vt habetur in d. l. qui decem, in princ. Secus vero si iu-
 sta de causa: quæ quidem iusta causa adesse intelli-
 gitur, cum debitor congruo loco, vel tempore nõ
 offert, vt inquit ibi gloss. & in l. si soluturus, cum iis quæ
 ibi late notantur. ff. eodem tit. de solution. Verum ad
 6 magis particularia descendendo, tunc † creditor
 pecuniam oblatam recusare posse dici solet, cum
 noctis tempore offertur, vt est gloss. singularis in l. mo-
 re Romano. ff. de feriis. & ibi tradit gloss. fin. de qua ibi
 mentionem faciunt Doctores, & præsertim Alexand.
 qui limitat, vbi creditor in diem subsequentem,
 ne fortasse debitori aliquo modo præiudicet in
 diem subsequentem solutionem prorogare para-
 tus est: † Vel etiam si locus, in quo solutionem de-
 bitor facere volebat, seu pecuniam offerebat, infi-
 diarum plenus, vel saltem suspectus sit: vel si for-
 tasse debitor domi creditoris offerat aliqua de cau-
 sa ostium aperire, & pecuniam recipere minus tu-
 rum sit, ob inimicorum assistentiam, vel alia qua-
 uis de causa: vel etiam furti periculum & depræ-
 dationis periculum imminerebat, vtputa si in loco
 siluestri, & minus tuto pecunia offeratur, vel quia
 etiam in qualitate pecuniæ soluendæ decipi pote-
 rat: Alioquin subdit eodem in loco Alexand. his re-
 iectis posset debitor etiam noctis tempore soluere,
 propterea quod totum temporis spatium ad
 soluendum constitutum, vel conuentum in fauo-
 rem ipsius debitoris tendere videtur. l. qui hoc an-
 no, & l. eum qui certarum, in principio. ff. de verborum
 obligationibus. & pro hoc vltra alios addit gloss. contra-
 riam in dicta l. more Romano, & in cap. pronuntiandum,
 in gloss. 1. de consecrat. distinct. 3. & notat Archid. in cap.
 quod a patribus, 75. distinctio. & ita etiam notat Bald.
 in l. acceptam, in 2. question. C. de vsur. & voluit Alexan.
 in dicta l. more Romano. licet Barbat. & Abb. Sicul. in
 cap. 2. extra de fer. cum gloss. simpliciter pertransseant. Et
 eadem ratione inquit Sadolet. in d. l. quod te, num. 38.
 8 Creditorem † pecuniam in martupio, vel crumena
 oblatam recipere cogendum non esse, ea tantum
 ratione, quod decipi facile posset, per ea quæ notant
 Doct. in l. cum seruus. ff. de condition. & demonstrat. & in
 dicta l. acceptam. C. de vsur. & Imola & alii in l. si mora.
 ff. soluto marrimon. Præterea eandem opinionem,
 quod creditor teneatur recipere id, quod sibi de-
 betur, cum offertur etiam ab aliquo tertio debito-
 ris nomine, videtur text. in l. illud. ff. de pecun. rei ven-
 dita. & in l. si homines. ff. mandati. & in l. si alia. ff. de con-
 stit. pecun. & in d. l. si solutionem. ff. de solution. tenuit
 Salycet. in l. si ex legati, num. 6. ff. de verborum obligat.
 qui pariter dicit, eam conclusionem procedere ni-
 si iusta de causa recuset, propterea quod mora tunc
 non committitur, & inter alias iustas causas illam
 refert, si fortasse res tota liquido debita non of-

feratur, de quo supra dictum fuit, per text. in dicta l. tu-
 tor. §. Lucius. ff. de vsur. & in dicta l. quidam estimauerunt.
 ff. si certum petat. Item inter iustas causas ponunt non
 recipiendi pecunias oblatas, etiam si tota offeratur, &
 integra res offeratur: Sed sine creditoris interesse,
 vt notat gloss. in l. item illa. qua est 2. ff. de consti-
 tut. pecun. & notatur in l. qui Roma, in princip. ff. de
 verborum obligat. Pariter etiam inter prædictas cau-
 sas non recipiendi ponunt, si fortasse res quæ offer-
 tur, non sit offerentis, vel illius pro quo offer-
 tur. l. si pro te. ff. manda. & l. non soluendo. ff. de negot. gest.
 Itidem inquit esse iustam causam non recipiendi,
 si incongruo tempore offeratur, vtputa ante diem
 in fauorem creditoris appositum, vt habetur in dicta
 l. item illa, in princip. & ibi gloss. & in l. si ita relictum.
 §. Pegasus. ff. de legat. & l. eum, qui alias. ff. de annu. le-
 gat. & l. labolenus, eodem tit. cum similibus. Vel si dies
 soluendi venerat, hora tamen incongrua est: vtputa
 noctis, & creditoris ostio iam clauso. l. si solu-
 tor. ff. de solution. & notat gloss. vt supra diximus, in dicta
 l. more Romano. ff. de feriis. Quod, vt supra declarat
 Gulielm. Cuneus, si creditori periculum immineret
 inimicitiarum, vel loci non tuti causa. Refertur præterea
 etiam inter iustas non recipiendi causas, si fortasse tunc
 fiat oblatio, cum creditor funus familiare sequeretur.
 l. 2. ff. de in ius vocan. vel quia creditori peregrinanti
 debitor offerat, aut in loco non conueno. In his enim
 omnibus casibus creditor iuste oblationem recusare
 potest, vt habetur in d. l. qui Roma, in princ. ff. de
 verborum obligat. Item hanc eandem conclusionem
 sequitur Felin. in cap. consulti, num. 8. extra de offic. delegat.
 qui pariter vult, creditorem noctis tempore solutionem
 recipere non teneri: & id pariter iuxta ea, quæ supra
 diximus, tunc verum esse arbitratur, si solutionis tempus
 in subsequentem diem differre paratus si, vel si infidias
 creditor vereatur, vel si decipi dubitet. His autem
 cessantibus debitorem soluere posse, & creditorem
 solutionem recipere debere arbitratur, vt declarat Angel.
 in dicta l. more Romano. ff. de feriis. & Salycet. in l. non
 minoreni. C. de transact. & Bal. in dicta l. acceptam,
 in 2. quest. C. de vsur. Et ideo dixit gloss. ibi, in
 solutione diem vsque ad noctis dimidium durare,
 cap. pronuntiandum, de consecrat. distinct. 3. de qua
 meminit Bald. in cap. cum enim, extra de iureiur. &
 voluit idem Archid. in cap. cum in pluribus, 75. distinctio.
 vbi etiam dicit ad euitandum periurium diem de vespera
 ad vesperam non metiri, sed de media nocte ad
 mediam noctem, vt habetur in d. l. more Romano.
 Item quod creditor solutionem recipere teneatur,
 voluit Card. Alb. in d. l. quidam estimauerunt. ff. si
 certum petat. hoc idem tenuit Negusant. in suo tract. de pi-
 gnor. & hypothec. in 3. membro quinta part. principalis,
 num. 1. cum seq.

Quoniam autem, vt supra vidimus, dicunt Doctores
 ita verum esse, vt extraneus & tertius quilibet
 creditori offerri possit, & creditor recipere teneatur,
 vt si forte pecunia oblata deinde pereat sine culpa
 † oblatores, debitor omnino liberetur: merito quia
 Doct. de qua culpa intelligendum sit, non aperiunt,
 nec etiam text. qui ad hoc adducitur in d. l. qui
 decem. ff. de solution. diligentius inquirendum
 videtur. Hac igitur de re loquens Sadoletus in dicta
 l. quod te. ff. si certum petat. inquit de culpa leui
 intelligendum videri, per text. ibi, in versic. sine culpa,
 propterea quod verbum culpa, † in dubio de leui
 intelli-

intelligitur vt notat Salycet. in d.l. quod te. contra ea, quæ voluit gloss. in §. præterea, in versic. culpa, Institut. quibus modis re contrah. oblig. & notat Bald. in d.l. acceptam. in 6. question. vbi etiam ad hoc adducit ea, quæ voluit gloss. in l. si cum venderet. §. si ff. de pignor. action. & idem inquit Baldus in authent. quod locum, in 2. question. vbi etiam voluit Salycet. C. de collation. & iterum ad hoc citat gloss. in dicta l. in venditione. §. de tempore, in versic. ex culpa. & l. Prator. §. est præterea, in versic. ex culpa. ff. de bonis auctor. iudic. possid. & in l. si filio, la prima. §. maritum, in versic. culpa. ff. soluto matrimonio. & iterum idem voluisse videtur gloss. in d.l. si mora, in versic. culpam. Et ideo Bald. in d.l. acceptam, in 6. question. inquit debitorem generis vel quantitatis, post ipsam oblationem, de lata tantum & leui, non autem de leuissima culpa teneri, per tex. in d.l. qui decem, in versic. sine culpa. quæ de leui intelligitur, & ita sentit Bart. in d.l. si mora. dum inquit teneri de leui, & de leuissima mentionem non facit, & quasi de ea non teneri arbitretur. Et id magis clare & expresse tradit Bart. in d.l. acceptam. & concludit in casu d.l. qui decem, post oblationem de lata tantum & leui culpa teneri dicendum esse. Contrariam tamen opinionem veriorē esse censuit Sadoletus eodem in loco. nu. 40. versic. tamen contrarium. vt scilicet de qualibet culpa teneatur, propterea quod satis oblationem efficere dicendum est, si eum à casu liberat, de quo antea tenebatur, & ita inquit censere & intelligere Doctores, vt inquit tenuisse in d.l. si mora, post Alexand. & notant Imola & Paul. Castren. in d.l. qui decem, in princ. argumen. eorum, quæ plene notantur in l. sed et si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. & in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. tum etiam quia text. in dicta l. qui decem, in princ. negatiue loquitur. Sed minus est negatiue quam affirmatiue, vt habetur in l. filii familias. §. sed & meminisse. ff. de donation. iuncta l. alienatum. §. donationis, cum gloss. secundum primam solutionem. ff. de verbor. significat. vbi donationis appellatione affirmatiue prolata donatio causa mortis non comprehenditur: Secus autem si negatiue proferatur, secundum illam solutionem; & ideo ita in simili dicendum videtur, vt licet verbum culpæ, prolata affirmatiue, de leui culpa intelligi possit, non autem de leuissima; at tamen secus sit, si negatiue proferatur. Et optime subdit facere illud, quod voluit gloss. in l. hoc genus. ff. de condition. & demonstrat. & illud quod notat Bart. post Iac. de arena in l. 3. in princ. per illum text. ff. de suspect. tutor. Vt scilicet regula negatiua affirmatiua præualeat, vt latius in eo loco profectur Sadoletus.

CAP. CLXVI.

ARGUMENTVM.

Creditor inuitus an recipere teneatur quod accipit.

SYMMARIA.

- 1 Creditor inuitus cogitur illud idem recipere.
- 2 Propositum primum iura respiciunt.

Debitatum etiam aliquando fuit, vt animaduertit Decius in l. mutuum damus, num. 8. ff. si certum petat. an creditor si inuitus illud idem, quod ipse dedit, recipere teneatur. Et hanc conclusionem primo ingressu dubitatione non carere exi-

stimat: Nam ille text. in mutuo illud idem recipi expresse negare videtur, vt ibi tradit: Id quod videtur etiam confirmare text. in l. 1. §. 1. ff. de action. & obligat. ibi, alias recepturi. Vnde vt eadem res restitui non possit, manifeste inferri videtur. Idem præterea probare videtur text. in §. 1. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. vt declarat in d.l. mutuum damus. Et id non solum iuribus, sed etiam ratione confirmatur: Nam eam à principio tacitam partium intentionem & voluntatem extitisse manifeste apparet: quæ quidem perinde ac si expressa fuisset seruari debet. l. cum quid. ff. si certum petat. Vnde illud tollitur, quod dici solet, iura ad primum propositum respicere: nam dubium non est primum propositum attendi, ex quo ita tacite actum videtur, nec ab eo proposito contra partium voluntatem recedi possit, & si parte volente aliter dicatur, vt dixit ibi gloss. Nec videtur verum; illa verba recepturi, non ad eandem speciem, sed ad propositum & partium intentionem referri, vt inquit ibi gloss. cum potius actualem receptionem denotare videantur, vt expriment illa alia subsequenti verba ibi, si pro tritico vinum accipimus. Contrariam vero opinionem, quod eadem res restitui possit, vt inquit Decius ibidem, tenuit Cynus & sequuntur communiter Doctores prout attestatur Ioan. de Prato in d.l. mutuum damus, num. 2. tenuisse etiam Azonem ea ratione, quod si creditor ei non mutasset, rem illam mutuatam forte vendidisset, vel aliter de ea in suum commodum disposuisset. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Alexand. ibidem, & deinde Decius: & ratio est, si in eodem genere fiat restitutio satis est, nec magis quidem in eodem genere esse potest, quam si idem restituatur. Nec ob stare dicunt illum text. ibi, non eandem speciem, quia illa verba respectu conventionis prolata videntur: quæ sane, vt eadem res reddatur, in mutuo fieri non consuevit, vt declarat ibi gloss. Præterea hanc eandem opinionem tenet Thomas Parpalia in d.l. mutuum, num. 7. ff. de rebus cred. Vnde Decius inquit tuendo communem opinionem animaduertendum esse: quod licet eadem res restituatur in casu, in quo loquitur gloss. in d.l. mutuum damus, non tamen vt eadem species restitui videtur, sed sub generis intentione restituitur, & tanquam sub genere comprehensa. Nam hæc, in quibus mutuum maxime consistit, in genere functionem recipiunt, vt in proximo §. habetur, & inspecto huiusmodi genere apud ipsum debitorem eadem pecunia, quæ tradita fuit reperitur, & ideo restitui potest. Nec videtur creditorem contradicere posse: nam propter vnumquodque tale & illud magis authent. multo magis. C. de sacrosan. eccles. & cap. cum in cunctis, extra de elect. Ergo à maiori, si aliæ res mutuo reddi possunt, quia functionem habent in genere suo, certe multo magis eadem res restitui potest. Nec obstantibus prædictis obstant iura, quæ aliis de rebus loquuntur, quia ad id quod frequentius accidit, respexerunt. l. nam ad ea. ff. de legib. Frequentius enim accidit, vt non eadem res, sed alia reddatur. Ergo & in simili de hoc tradit Bart. in l. quod Nerua. ff. de positi. declarando tex. in l. contractus. ff. de reg. iur. Vel etiam, subdit Decius, responderi potest, quod quando eadem res in casu de quo agitur, restituitur, non restituitur, vt species, sed vt sub ipso genere comprehensa.

Limitatur autem huiusmodi conclusio, ut inquit Decius eodem in loco, & sequitur Ioan. de Prato, num. 2. & Thom. Parpalia, nn. 7. & alii quamplures, & nos supra diximus ad aliud propositum, vbi cunq; eadem res mutuo data, & quam debitor restituere vellet, temporis spatium vel alia qualibet de causa deterior effecta esset, & in specie supra de pecunia alterata & immutata inspecta aestimatione diximus, vel etiam si expendi non posset. De hac conclusione meminit etiam Ripa in d. l. mutuum damus, num. 28. ff. si certum petat. vbi referendo iura & rationes vtriusque partis, communem opinionem, ut scilicet eadem res reddi possit, amplectitur & tuetur.

C A P. CLXVII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

Debitor dando creditori æque idoneum pignus, an liberetur.

Quæsiuit Angel. in l. si Titio, num. 1. ff. de pignor. & hypothec. ¶ an debitor à creditore, si ei æque idoneum pignus dederit liberetur? & inquit eum liberari, ut notatur ex gloss. ibi etiam inuito creditore. Eam tamen gloss. Ang. ibi non probat arguendo à fideiussore, ut infra statim dicemus? Angel. sequitur Pinellus, in l. secunda, cap. 1. secunda partis, num. 21. C. de rescinden. vendit. & inquit colligere ex l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignor. action. creditorem nouum pignus accipere nunquam cogendum esse: Nam si recte animaduertatur, Iureconsultus ibi semper voluntatem creditoris accedere præsupponit. Dicit tamen verba illa generalia text. factis comprehendere casum, in quo pignus æquiualens datur, & tamen illis non obstantibus voluntati creditoris remittitur: & ideo ut etiam tunc illud pignus recipere non compellatur dicendum videtur, & sic videtur notabilis text. pro iis, quæ dixit Ias. in d. l. 2. §. mutui datio, col. 4. versic. 12. fallit. ff. si cert. petat. post Roman. ibi, contra Angel. in singul. 54.

Contrariam vero opinionem tenuerunt Decius & Cagnol. in l. plus cautionis. ff. de reg. iur. & Negusantius in tract. de pignor. & hypothec. in 3. part. membro 1. num. 21. per ea, quæ voluit gloss. in l. si Titio. ff. de pignor. & dicit idem tenere Francisc. Cremenf. in singul. 54. Et ideo dixit Pinell. ibidem, Angel. minus recte & alios, qui contrariam opinionem sequuntur, adducere gloss. in l. si Titio. ff. de pignor. action. Nam iuxta terminos text. ibi de creditore agente contra heredem debitoris, non aurem de debitoris agente contra creditorem loquitur, & ideo nullo modo videtur intelligere creditorem, ut relicto & restituto quodam pignore aliud accipiat cogi posse, & ita suadere videtur l. id quod nostrum est. ff. de reg. iur. & l. sicut ab initio. C. de action. & obligation. & de hoc concludemus infra in sequenti conclusione.

C A P. CLXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Creditor, an cogatur mutare fideiussorem, vel non.

Idem quoque de fideiussore dixit Angel. in eadem l. si Titio, num. 1. ff. de pignor. & hypothec. ¶ nam creditor nouationem facere cogi non debet. l. si mandato meo. §. 1. ff. manda. etiam quod alium æque idoneum dare vellet, etsi contrarium suadere videatur text. in l. quæ autem. §. penult. ff. de constit. pecun. cum creditori id nihil noceat, & debitori proficit. l. 2. in princ. & versic. nec cogitur. ff. soluto matrim. Dicunt tamen Doctores si recte animaduertatur, leges illas non ob stare: Nam illa l. 2. ff. soluto matrim. licet dicat nouum fideiussorem, creditorem accipere cogi posse, ut ibi, & in l. idemque. §. si cui. ff. manda. secus vero de creditore dicendum videtur, ut habetur in d. l. si mandato meo. Nec etiam dicunt ob stare text. in dicta l. si quis autem. §. penult. quia de dando fideiussore loquitur, non autem de dato. De hac conclusione loquitur etiam, ut supra diximus, Pinellus in dicta l. secunda, num. 23. & ita distinguendo inquit: aut loquimur de fideiussore non recepto, sed promisso tantum, & sic ante stipulationem fideiussionis, & tunc conuenire Doctores, ut alterum æque idoneum dari possit, & quod creditor illum recipere teneatur, ut voluerunt Baldus, Paulus Castrensis, & Alexand. in dicta l. si pater. C. de collation. & Ias. in consil. 41. num. 2. volum. 3. & Hippolyt. Marsil. in rubrica de fideiussor. num. 213. Qui quidem omnes mouentur per text. in l. qui autem. §. 1. ff. de constit. pecun. ibi aliam personam non minus idoneam dicit: Tamen Pinell. illum text. non recte adduci, propterea non simpliciter, sed distinguendo loquitur hunc in modum, aut enim, inquit ipse fideiussor promissus vult: An vero decedat, quatenus pertinet ad primum casum simpliciter debitorem teneri respondet: quo vero ad secundum, distinguere, an alius æque idoneus datur. Vnde inferitur, quod in priori casu, ex quo fideiussor promissus viuus, non compellatur creditor alium æque idoneum recipere: Vnde oriri videtur vrgentissimum argumentum ad ampliandum præcedentem conclusionem, ut etiam in fideiussore promisso locum habeat, & ideo subdit Pinellus ex communi opinione distinguendum esse, inter fideiussoræ acceptum & fideiussorem promissum: ut scilicet in primo casu fideiussorem iam acceptum liberare & remittere non teneatur etiam quod alter æque idoneus daretur. In secundo vero casu teneatur & primum remittere & alium accipere. In quo non solum locum habet communis opinio, mortuo iam dato fideiussore: sed eo etiam viuo, id quod inquit non animaduertisse Cagnol. in d. l. plus cautionis, num. 7. in fin. ff. de reg. iur. De ea tamen differentia mentionem fecit Ias. in d. l. 2. mutui datio, col. 4. versic. vndecimo. ff. si cert. petat. ibi, vel promissus plures hac de re refert Cagnol. in d. l. plus cautionis, num. 7. ut ibi latius ipse prosequitur.

C A P. CLXIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I V M.

Debitor liberatur, si creditore consentiente, vel pars debiti soluta sit, vel aliud pro alio.

Quoniam supra conclusum fuit, quempiam sui debiti partem recipere non teneri, per text. in l. susor. §. Lucius. ff. de susor. nec etiam aliud pro alio.

in alio, d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. † Illud hoc loco adnotandum est, prædictis non constantibus in utroque casu, si creditor consentiat, liberationem induci, ut inquit Soc. iun. in consil. 147. num. 1. vol. 1. per text. in d. l. 2. §. primo. vbi Doct. late declarant, & est etiam text. Infitur. quibus mod. tolli. obli. in principio & in l. si non sortem. §. si centum, in fine. ff. de conditio. indeb. Et de recipiente partem debiti, quod inducatur liberatio, est text. expressus & in l. si stipulatus sum mihi decem. ff. de conditio. indeb. Id tamen in iis locum habet, quæ diuidua sunt, ut habetur in l. secunda. §. & harum. ff. de verborum oblig. & rursus Socin. iunior in cons. 85. n. 19. vol. 2. dicit creditorem, qui partem crediti recipere cogi non potest; si fortasse modo centum, post modum duceta recipiat; huiusmodi receptionem pro sua rata tantum operari, quantum totius respectu totius dicendum est, cum regula sit vulgatissima, idem iuris esse partis quo ad partem, quod tutius quo ad totum, cum de diuiduis tractemus. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & declarat Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. multis in locis, & præsertim in secunda quæstio. dum concludit, obligationem quætitatis diuiduam esse, ideo partis solutionem, partis quoque liberationem afferre dubium non est. l. 2. §. 1. eod. tit. & latius prosequitur ibi Socin.

CA P. CLXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. AEstimatio, quando emptionem faciat.

Datio in solutum, quæ magna pars est executionum, de quibus tractamus, & in ea æstimatio necessaria est, merito de ipsa æstimatione non nulla dicenda sunt: Et in primis, † æstimationem emptionem facere sciendum est, ut inquit Roland. à Valle in consil. 64. num. 4. volum. 4. per text. in l. plerumque. ff. de iure dot. & in l. quoties. C. eodem titul. & rursus Roland. à Valle in consil. 92. numero 9. volum. 2. & Bartol. in consilio 204. num. 15. vol. 1. & in consilio 63. numero 5. versicul. quintus casus, volum. 3. dum inquit si dos à principio promissa sit, in aliqua summa: & deinde pro eius solutione res aliqua mobilis vel immobilis pro tota dote, vel eius parte in solutum detur, talis res dotalis non dicitur, sed ipsius mariti vel suorum propria. & ratio est, quia cum pro illa dotis æstimatione data sit marito vendita cæsetur: nam si res pro summa debita vel promissa in solutum detur venditionem ipsius rei continere dicitur. l. si prædium. C. de euictio. Et rursus in cons. 156. in tertio dubio, volum. 2. inquit, quod si matri aliqua summa pro dote debeatur, & ei bona immobilia in solutum æstimata pro aliqua portione adiudicentur, maritum illius summæ debitorem effici, non autem ipsorum bonorum: & ideo in casu dotis restituendæ contra meritum vel hæredes, ad ipsa bona æstimata agi non posse, sed ad ipsam tantum pecuniæ summam, d. l. quoties. C. de iure doti. Videtur namque maritus bona illa emisse, & ex causa emptionis, non autem dotis habere, ut notauit gloss. in l. si inter virum. ff. de iure dot. & idem voluerunt Socin. iunior in consilio 6. numero 4. volum. 2. vbi vult prædium æstimatum in dotem datum, mariti ita fieri, ut ab eius hæredibus retineri possit. & iterum

in cons. 118. num. 10. & 16. volum. 3. & Ruin. in consilio 134. nu. 2. volu. 4. vbi etiam res æstimata in dotem detur, sola æstimatio reddi debet: & ratio est, quod in dubio emptionem inducit, ut inquit gl. in l. si inter virum. ff. de iure dot. vbi inquit Bal. in eo casu contractum vnū occultari, scilicet emptionis, & alium dotis exprimi: Breui tamen manu de vno in alium transire, ut alias habetur in l. singularia. ff. si cert. pet. & Bald. sequuntur Socin. in cons. 56. col. 2. vers. septimus casus, vol. 1. & Marcus Antoni. Rubens Alexandrinus in cons. 3. & Bal. Nouel. in l. 1. nu. 475. ff. soluto matri. Et Æmilius in consil. 90. num. 8. vbi post Cynum inquit, in hoc casu mulierem vendere censeri fundum æstimatum & in dotem datum, illiusque pretium ex causa dotis apud maritum reliquisse: & ideo maritum ad pretium ex causa dotis obligatum remanere, non autem ex vendito. Vnde sola summa est in dotis constitutione: & ea sola in obligatione continetur, ut dixit Cur. sen. in l. ex conuentione, n. 10. C. de pac. vbi illud inquit diligenter notandum esse, ad quod practici quotidie recurrunt, & allegant, in dubio æstimationem fundi in dotem dati emptionem & venditionem inducere, ut scilicet vxor marito vendiderit: & ea venditione in maritum transfulerit, ut voluit gloss. communiter approbata in d. l. si inter virum. ff. de iure dot. Præterea, quatenus ad dotem pertinet, quod quando res æstimata in dotem datur emptionem & venditionem inducat, tradit idem Roland. à Valle in cons. 85. nu. 4. vers. veruntamen his non obstantibus, eod. vol. 4. & Ruin. in cons. 134. num. 1. & 2. volu. 4. dum pariter vult rem æstimatam in dotem datam, vim venditionis habere: Et ideo idem Roland. à Valle adnotauit in d. cons. 86. quod quædo huiusmodi res in tertios possessores translatae sunt, prius contra maritum agendum esse eiusque hæredes, & deinde contra bona alienata tanquam pro dote generali omnium bonorum hypotheca obligata & in solutum æstimata data, ex quo ob ipsam æstimationem eis vendita intelliguntur, cum in solutum datio emptioni & venditioni æquiparetur. l. si prædium. C. de euictio. & l. fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Hæc conclusio maxime procedit, cum huiusmodi in solutum datio, cum quo pecunia debita fit, ut dixit gl. quam sequuntur Doct. in l. eleganter, in principio. ff. de pigno. actio. & Bart. in l. libera. C. de senten. & interlocut. omn. iudic. & Ruin. in consil. 172. in princip. volum. 1. & in consilio 134. numero 1. volum. 4. & Paris. in consilio 11. num. 42. volum. 1. & Aret. in cons. 160. col. 7. vers. venio ad quartum. vbi inquit, dationem in solutum, quæ fit pro pecunia debita, quandam esse emptionem & venditionem, cum huiusmodi contractus pro forma rem & pretium habeant, ut inquit Ioan. Ceph. in cons. 254. num. 8. cum nonnullis sequen. vol. 2. & Socin. iun. in cons. 118. num. 9. vol. 2. Rursus quod fundi æstimatio, quæ pro dote datur, emptionis & venditionis vim habeat, tradit Paris. in cons. 81. nu. 11. vol. 2. & iterum Soc. iun. in cons. 141. nu. 1. vol. 1. & Alex. in consilio 79. col. 2. vol. 1. & Socin. senior in cons. 56. vers. Septimus casus, vol. 1. & Decius in cons. 160. col. 2. & iterum Socin. iun. in cons. 41. nu. 1. vol. 1. & in cons. 6. nu. 4. vol. 2. & id mulierum fauore inducitur arbitrantur. Nam cum illa æstimatio emptionem & venditionem inducat, rei omne periculum, ne fortasse pereat, vel deterior fiat, ad maritum pertinet. l. quod si per eam. ff. de iur. dot. & tradit Bart. in l. sicut certo. §. nunc videndum. ff. commod. & Paul. Castr. in l. si æstimatus, col. pen. in si. ff. solut.

lut. *matri*. Transit enim in maritum dominium: & ideo ut talis æstimatio emptionem faciat, præsumptio capi solet: nam, ut diximus, si res iuste æstimata sit, mulieris utilitatem continet. *l. si æstimata. ff. de iur. dot.* Ab huiusmodi igitur iuris præsumptione, nisi explicite & expresse dicatur, recedendum non est, ut dixit *Rubeus Alexan. in cons. 5. colu. 2. in princ. & August. Berous in cons. 63. nu. 8. vers. quartus casus. vol. 3.* Cum igitur, ut supra dicebamus, bona æstimata in solutum dantur, quæ sane emptionem & venditionem inducit, bona ita in solutum data dotalia non dicuntur: sed ipsius mariti ita propria, ut ab ipso sine ullo mulieris consensu alienari possint, ut notat *Imol. in l. si æstimatis, vers. item attende. ff. soluto matrimon. cum expresse velit, ut ubi æstimatio rerum dotalium emptionem inducit, fundus profusus dotalis esse desinat, ita ut à marito uti res propria, sine ullo mulieris consensu alienari possit, ut voluit etiam August. Berous in cons. 63. nu. 6. vers. quintus casus, volu. 3.* Vbi expresse vult, ut si dos tota, vel eius pars in pecunia promissa sit, si deinde pro eius consignatione res aliqua mobilis vel immobilis detur res illa dotalis nullo modo dicatur, sed ipsius mariti, suorumve hæredum & successorum propria, iuribus & rationibus, de quibus supra. Hinc eandem conclusionem sequitur *Corasius in l. frater à fratre, n. 240. ff. de cond. indeb. dum inquit, quod si res in dotem æstimata detur, electionem ad mulierem non spectare. l. quod si fundus. ff. de fundo dotali. & l. 1. C. eodem tit. quia ipsa æstimatio plenum, verum, & liberum dominium in maritum transfert. l. quoties. C. de iure dotium. faciunt ea, quæ tradunt *Bal. & Saly per illa iura in l. 1. & in d. l. quoties. & in l. cum dotem. & in l. si inter virum. C. de iure dot. & Bar. Castren. & alij in d. l. si æstimatis, & l. sequen. ff. soluto matrimon. & Afflict. in decis. 270. D. Clavella. & in l. plerumq. ff. de iure dot. & in dicta l. ex conventionione. C. de pact. & Socin. in d. consil. 9. proseguendo, colum. pen. vers. 8. & vers. 12. volum. 1. & notat *Dyrus in consil. 1. & latius Socin. iunior in d. consil. 56. stantibus, columna penult. volum. 1. & in consilio 289. difficultas, volum. 2. & Corne. in consilio 272. circa primum, columna 2. volum. primo. & in consilio 1. volum. 2. & latius in consil. 15 per totum, eod. volum. & in consil. 92. licet, volum. 4.***

Contrariam vero opinionem, quod imo talis æstimatio in dubio emptionem & venditionem non inducat, tenuit *Paris. in consilio 81. numero 10. versic. tamen rectius. volum. 3. per ea, quæ notat Bartol. in d. l. ex conventionione. C. de pact. quem sequitur ibi *Salycet. & idem voluit Bald. in l. 1. colu. 3. versic. tertio quæro. & versic. circa primum. C. manda. quem refert & sequitur Aretin. in consil. 84. diligenter ponderatis. colum. 2. versic. ad idem facit optime.**

Si teneamus primam conclusionem, quod scilicet æstimatio emptionem & venditionem faciat, pluribus modis ampliatur. Et primum etiam, quod maritus dixerit in instrumento, quam dotem restituere promisit, ut inquit *Bald. in dicta l. quoties. C. de iure dot. dum inquit, sæpe de hoc interrogatus respondisse illa verba de vera dote intelligenda esse: veram autem dotem esse rei æstimationem vel pretium: & ideo pretium seu æstimationem præcise deberi: id quod ibidem *Barbatia in additionibus adnotat, & advertendum dicit Port. Imol. in consilio 68. numero 28. & Socin. in consilio 56. columna fin. volu. 1. & Rubeus Alexandrinus in validioribus & magis dubi-**

tabilibus terminis idem concludit in consil. 5. quem sequitur Cephal. in consilio 78. per totum, & Roland. à Vallè in d. consil. 92. num. 15. & AEmilia. in consil. 90. colum. 3. vers. efficacius ista comprobantur.

Secundo loco ampliatur dicta conclusio, ut inquit *Socin. senior in consil. 56. num. 6. volum. primo.* etiam si res simpliciter æstimata non dentur, sed pro ea æstimatione quam facient arbitri: nam in eo casu inquit æquipollere casui, in quo ipsi æstimassent, cum arbitri simpliciter declarant, quæ nam res in dotem data sint, & pro qua æstimatione: A pari enim procedunt, quæ æstimatio à partibus fiat, vel ab arbitris, partium mandato vel permissio. *l. fin. cum ibi plene notatis. ff. de contrahen. empt. & habetur late in l. si quis arbitrato. ff. de verb. oblig. Imo, ut ex ipsis iuribus colligetur, statim facta pretij vel æstimationis commissione, contractus iustus intelligitur, & si arbitratoribus pretium vel æstimationem non declarantibus ille contractus resoluatur: Imo in contractu dotis id multo magis locum habere, inquit ibidem *Socin. cum contractus non resoluatur, sed à persona recedatur, ut est tex. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. & tradunt Doct. in d. l. fin. & in d. l. si quis arbitrato.* Imo alias in his terminis, ut referunt plerique recentiores in *l. æstimata. ff. soluto matrimon. consultum & decisum fuit, quod si res iuxta æstimationem faciendam à duobus communiter eligendis, qui tamé nunquam fuerint electi in dotem detur: & interim ipsa res melioris conditionis & maioris æstimationis effecta sit, in eo etiam casu soluto matrimonio rem illam restituendam non esse, sed æstimationem illam cuius erat eo tempore quo data in dotem fuit: Nam ab eo tempore à lege æstimatio, quæ tunc erat certa facta intelligitur, argumento *l. cum tempus. ff. si certum peta.* Nam inspecta rei natura, cuius res ipsa æstimationis esse certum erat, & ad hoc facit illud quod habetur in simili in *l. certi conditio, in principio. ff. si certum pet.* ex quibus omnibus concludendum est, quod si arbitri declarant dotem fortasse florenorum quingentorum esse in bonis æstimatis: vera dos dictæ summa quingentorum florenorum esse intelligatur, & ideo eadem summa restituenda sit, ut voluit etiam *Bald. in l. quoties. C. de iure dot. & latius tradit Socin. senior. in consil. supra relato, ad quod brevitatis causa, & quia quilibet inspicere potest, me refero. & gl. communiter approbata in l. si inter virum, eod. titulo.***

Primum limitatur præcedens conclusio, ut scilicet in solutum datio vim emptionis & venditionis habeat, quando æstimatio ad hoc tantum fit, ut rei æstimatio sciatur, ut deinde in futurum probari possit, si fortasse res deterioris conditionis efficeretur: In eo enim casu æstimatio emptionem non facit, dicta *l. si æstimatis, ubi tradunt Doct. ff. soluto matrimon. & voluerunt Iason. Curzi. senior & alij in d. l. ex conventionione. C. de pact. & Paris. in consilio 81. numero 42. volum. 2. & Socin. senior in consilio 93. columna 2. versicul. præterea, volum. 1. & idem sequitur Bertran. in consilio 262. numero 2. volum. 3. Nam quælibet dispositio secundum suam causam regulatur, & ab ipsa restringitur & ampliatur, siue sit dispositio legalis. *l. adigere. §. quamvis. ff. de iure patro. siue testamentum. l. cancellauerant. ff. de his, quæ in testa. delent. siue inter vivos. l. habeat. ff. de exceptio. rei iudic. & l. hæc enim cause. ff. de suspens. tutæ.**

Secundo limitatur, & non facit emptionem, quando

quando æstimationis rei pretio non correspondet, vt voluerunt Bald. Saly. Iaf. & alij. in d. l. ex cōuentione. C. de pact. & iterum Iaf. in l. i. col. 7. C. de iure emphy. & consil. 25. vol. 1. & Hippol. Mars. in sing. 105. & Soci. iun. in consil. 144. col. pen. in si. vol. 2. vbi asserit hanc esse communem opinionem. & in consil. 18. num. 10. vol. 5. & Didac. Couarr. pract. quest. c. 28. & Aret. in consil. 84. col. 2. & Ioan. Lopez in o. per vestras. §. 21. n. 4. extra de donat. inter virum & vxor. & Andr. Barba. in consil. 19. col. 4. vol. 4. & Aug. Beron. in consil. 62. num. 17. vol. 3. & Rol. à Valle in consil. 92. nu. 4. vol. 2. & in consil. 64. nu. 2. & 3. vol. 4. Nam oritur alia præsumptio, vt non sit verisimile, quempiam rem minoris quam valeat vendere velle, & sic suum iactare, vt habetur in l. cum de indebito ff. de præsumpt. & tradit Bald. in d. l. ex cōuentione, argum. glos. in l. prima. §. primo in verbo, agendo. ff. de superficie. dum ibidem dicitur, summa pretij emptorem à conductore dignosci. & idem voluerunt Riminal. Iaf. & alij cōmuniter in d. l. ex cōuentione. Probat autem Saly. conclusiōnem nostram probari solutione & concordia duorum iuriū, quæ repugnare videntur, videlicet. l. tertia. §. primo. ff. de conditione ob caus. & l. si is. C. si mancip. ita venie. Si enim pecunia pro seruo manumittendo data seruo correspondet, & pretio serui condigna est, & dicitur inducta venditio, & succedit constitutio, qua seruus post morā liber fit, vt habetur in dicta l. si is. Secus vero si pretio non conueniat, vt d. §. primo. nam tunc venditio inducta non intelligitur, vt ibi latius habetur.

Si vero teneamus contrariam opinionem, quod imo æstimatio emptionem & venditionem non inducat, ea plures patitur limitationes: Et primo loco limitatur ex iis, quæ dixit Aret. in d. consilio 84. colum. 3. versic. ex hoc primo fundamento. vbi vult causam æstimationis effectum declarare. d. l. æstimatis, & notatur in l. gratuitam. §. i. ff. de præscript. verb. & in l. prima. in si. ff. de exercito. act. & tradit Bartol. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. Et ideo si causa emptione non conuenit, æstimatio emptionem nō inducit: sed potius, vt paulo ante diximus, ideo facta videtur, vt quæ summa restituenda sit, facilius sciatur, vt satis concludenter probant iura præallegata: si vero queratur, quæ nam sit illa causa quæ actionem non facit, illam esse certum est, quæ propter summam debitam cautionem dari apparet, & alioquin non daretur, si aliter actus ille, & conuentio in esse deduci non posset, vt puta si maritus alioquin illam vxorem ducturus non fuisset, nisi fundum illum haberet. Id autem ex chirographo matrimonij percipi potest inter partes confectis, quæ satis probare dicuntur, vt tradit ibidem Parisi, numero 13. & 14.

Secundo limitatur, vbi cunque partes in hoc expresse conueniunt, per ea quæ voluit Aret. in d. consil. 84. col. 2. vers. præterea, & in vers. & sic patet. vbi hoc comprobatur exemplis quibusdam. & id sequuntur etiam Riminal. & Iason in d. l. ex cōuentione, exempla ponentes, vbi deducit Aretinus. & idem voluit Socin. iuni. in consil. 141. numero 3. & 4. & præsertim, numero 11. volumin. 1. si ex contraria voluntate partium expresse, vel saltem tacite appareat: vt puta si ita actum fuerit, & de hoc dubitandum nō videtur, vt est text. in d. l. si æstimatis. ff. solut. matrimo. Vel vt diximus tacite aliquibus cōiecturis, vt infra dicitur, vt colligitur ex pluribus dictis Bald. & aliorum in d. l. ex cōuentione. C. de pac. & in terminis tradit Aret. in d. con-

sil. 84. diligenter ponderatis, colu. 2. & Andr. Barba. in d. cōf. 19. clementissimum Deum, col. 4. Verum transeundo ad indicia, & ea magis in specie prosequendo, vnum dictorum indiciorum illud est, de quo tradit Soc. in d. consil. 141. num. 12. vol. 1. Vt puta si maritus eo tempore, quo ei dos consignatur, soluendo non est: quandoquidem tunc ob mariti egestatem rei in dotem datæ æstimatio tacitam venditionem inducere non potest, vt voluit Bald. in d. l. ex cōuentione. C. de pact. & in l. interest. C. de vsu & habi. & tradit Iaf. in §. actionum, col. 15. Insti. de actio. Ratio autem est, quia si maritus in bonis nihil habet, lex b reui manu efficere non potest, vt ille vxori pretium soluerit pro ea re, quæ in dotem data fuit, & deinde illud pretium pro dote receperit, cum re vera tale pretium & rei æstimationem in suis bonis non haberet, vt latius ibi prosequitur Socinus.

Tertio limitatur, & est cōiectura ad ostendendum, quando in dubio æstimationem, emptionem & venditionem facere non dicatur, si æstimatio ab initio tempore rerum traditionis de quibus agitur, facta non sit: nam cum ab initio res simpliciter & absque vlla æstimatione traduntur: si deinde aliqua æstimatio interuenisse præsupponatur, deinde facta intelligitur, cum pecunia soluta fuit: Et ideo his ita stantibus, vt partes voluerint huiusmodi æstimationem, & præsertim ita tacita facere, vt res quæ iam traditæ æstimate dotales effectus erant, dotales esse desinant, credendum non est, & dum res dotales essent, dos ad summam & quantitatem reducatur: Et ideo dicitur tunc æstimatio ad declarationem illius, quos res in dotem datæ minoris vel maioris æstimationis fieri possent, vt declarat Bal. in d. l. ex cōuentione, vbi idem tenent Saly. Riminal. & Iaf. & est cōmunis opinio, vt voluit & Aret. in d. consil. 84. & Andr. Barba. in d. consil. 19. col. fin. Quinimo vult in d. l. ex cōuentione, si recte ponderetur ille text. partes etiam volentes in æstimatione postea facta cōtracto iam matrimonio, quin fundus in dotem datus dotalis nō remaneat, efficere nō posse: quādoquidē si vellent, vt ex ipsa æstimatione deinde post iam cōtractum matrimonium venditio induceretur, seu rei dotalis alienatio: quæ quidem nisi ex iusta causa nō toleratur, inter quas huiusmodi æstimatio nō reperitur. l. i. & toto tit. ff. de fundo dota. vel cōstante matrimonio dotis restitutio fieret, quod pariter etiam vetitum est. l. i. C. si dos cōstante matrimo. vel saltem nouatio: quod præsumendum non est, vt habetur in l. si. C. de nouat. & tradunt Bal. & Saly. & alij in locis præalleg. vtiq; prædicta omnia non subsisterent, put de nouatione in specie dicitur, quæ nisi mulieri sit utilis non subsistit, vt habetur in l. ita cōstante. ff. de iur. dot. Præterea hanc conclusionem & limitationem sequitur Bertrā. in cōf. 262. n. 4. vol. 3. vbi late prosequitur.

Quarto limitatur, quando æstimatio ad hoc fit, vt vxori dotis suæ restituendæ cautum sit, vt inquit Socin. sen. in consil. 93. nu. 7. vol. 1. & habetur in l. cum pater. §. pater, qui filio. ff. de leg. 2. & in l. si fundum sub conditione. §. si libertus. ff. de leg. 1. per quem text. dixit ibi Bart. post Dynum, quod si testator in suo testamento dixerit, vxori meæ tales res relinquo: quas centum libratum esse existimo: nam si sint maioris æstimationis, illud plus in quō excedunt, hæres eius retinere non poterunt, cum demonstrationis causa æstimatio illa facta videatur: facit ad hoc text. in l. quod de bonis. §. si. ff. ad leg. Falcid.

Quinto limitatur, vbiunque æstimatio ad hoc fit, vt si mulier dicat incumberẽ pignori rerum retentiarum deterioratio cognoscatur, si quã deinde subsequatur, vt in simili notatur in d. l. si inter virum. C. de in dot. & tradit Socin. sen. in d. cons. 93. nu. 7. vol. 1. Et ideo subdit, quod licet alioquin si ipsa vxor res in æstimatas de leui culpa teneretur: tunc etiam de leuissima tenebitur ob solam rei in pignus acceptæ æstimationem, vt voluit gl. quam sequitur Bar. in d. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. & tradit Soc. sen. in cons. 56. m. 3. vol. 1. Exemplum etiam ponunt, quando mulier in dotem dat res æstimatas ea conditione, vt eadem restituantur pro eodem precio, vt si mulier in dotem dat prædium æstimationis centum cum pacto, vt soluto matrimonio idem cum eadem æstimatione reddatur: Nam tunc idem prædium repetendum est: & si sit admissum vel deterioratum culpa mariti, ad taxatã deteriorationem deuenitur, propterea quod tunc ipsa res, non æstimatio in dotem esse censetur, d. l. si inter virum. C. de iure dot. vbi glos. Cyn. Bar. Bal. & Sal. Et ratio est, quia æstimatio apponitur, vt constet an res apud maritum deteriores effectæ sint, vt ibi latius ipse tradit.

Sexto limitatur, quando alium contractum partes facere voluisse apparet, vt inquit Soci. senior in cons. 39. num. 9. vol. 3. vt ibi habetur, cum plus contractum permutationis facere tractarent.

Septimo limitatur, quando res dotalis datur æstimata, eo tamen pacto & conditione, vt ipsa res, si extat restituantur inspecto augmento & diminutione: & casu quo non extet, reddatur æstimatio; nam in hoc quoque casu æstimatio emptionem non facit, sed restituitur eadem res, vt est casus in l. si æstimatis & l. æstimata ff. soluto matrimonio. & in quolibet loco tradit glos. & sequuntur Doctor. Si vero res in dotem data tempore soluti matrimonii minoris æstimationis existant, qualibet diminutio in damnum viri cedere intelligitur, & vsque ad ipsam æstimationem supplere tenetur: si vero econtra precipiosior fiat, illud plus viri lucro cedit: Et hoc est illud, quod denotat text. in dict. l. si æstimatis, dum in eo dicitur, habit a ratione augmenti & diminutionis. Id autem verum est, si ipsa diminutio seu deterioratio dolo, vel culpa ipsius viri prouenerit: Secus autem si sine eius culpa, vt puta ob aquarum casum vel similes: vel etiam quia iuxta morem regionis æstimatio decreuit, vt late de hoc tradit Soc. senior in dict. cons. 56. num. 3. vers. tertius casus, vol. 1.

Octauo limitatur, quando res æstimata in dotem datur cum pacto simpliciter adiecto, quod eadem res soluto matrimonio reddatur, & augmentum cedat lucro viri, diminutio autẽ damno: nam in hoc quoque casu æstimatio emptionem & venditionem non inducit, quia ad hoc facta videtur, vt sciatur, an res effecta sit vilior vel precipiosior apud virum, vt habetur in dict. l. cum inter virum, cum iis, que ibi notat glos. & sequuntur Doctor. & late tradit Socin. senior in dict. consil. 56. numer. 4. vol. 1.

Nono limitatur, vt inquit Socin. senior in consil. 56. numer. 5. volum. 1. quando res datur in dotem æstimata cum pacto, vt eadem res reddatur, vel eius æstimatio: hoc tamen modo distinguendo: aut electio expresse mulieri conceditur ex pacto vel conuentione, & tunc ipsa eligit: aut conceditur viro, & tunc vir eligit, vt probat text. in l. plerumque, in si. ff. de iure dot. & idem quoque probat

text. in dict. l. si fundus. ff. de fundo dotali. Nec id mirum esse debet, cum contractus ex conuentione legem accipiant. l. legem. C. de pact. & l. semper in stipulationibus, cum similibus ff. de iureiurand. Aut vero res dubia est: & tunc electio viri esse censetur, propterea quod regula est, vt in alternatiuis electio sit debitoris, vt est text. in l. plerumque, in si. ff. de iure dot. & facit text. in l. quod autem. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. ei. §. quod si pluribus. ff. de positi. & in c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.

Decimo limitatur, vt inquit idem Socin. senior in dicto consil. 56. numer. 6. versicul. septimus. casus, volum. 1. quando res datur in dotem æstimata, vel alia de causa: Dubium tamen est, an data sit vt emptionem faciat, vel non: & tunc stantẽ huiusmodi ambiguitate: vt æstimatio emptionem inducat, dicendum esse arbitratur, & ideo tunc æstimatio non res restituenda est: & hic, vt inquit ibidem Socinus, est casus dict. l. quoties, vbi hoc tenet Bald. & sequuntur alii. C. de iure dot. & tradit gloss. communiter recepta in dict. l. si inter virum, eod. titulo vbi voluit iterum Bald.

Vndecimo limitatur: si in instrumento dationis in solutum rerum æstimatarum apponuntur hæc verba, quod res illæ dantur pro eo, & eius hæredibus: nam illa verba ita prolata ostendunt, maritum res illas nomine proprio, non autem vxoris recipere, vt voluit Cornel. in consil. 122. colum. 3. versicul. tamen his, volum. 1. & August. Berous in consil. 63. numero vndecimo. volum. 3. id quod sentit etiam Oldrad. in consil. 245. colum. 2. Et idem concludunt, si dictum sit, pro se & suis: cum illa dictio, suis, scilicet hæredibus, exponatur, vt dixit Cardinal. Simonet. in consil. 25. inter consil. Status Montis ferratis: Et id eo magis procedit, quando huiusmodi verba in pluribus locis ponuntur. l. balista, vbi tradunt communiter omnes Doctor. ff. ad Senat. consult. Trebellian. & Cephal. in consil. 152. numer. 79. & in consil. 192. numer. 18. & tradit Roland. à Valle in dict. consil. 86. numer. 11. volum. 4. & in consil. 64. numero 9. volum. 4. & in consil. 92. num. 17. & Cornel. in consil. 172. col. 3. vers. tamen his, vol. 1.

Duodecimo limitatur, quando in instrumento dationis in solutum dicitur, tẽra ipsam dati in perpetuum, quod quidem verbum idem denotat, quod sine sine. l. falso, iuncta gloss. C. de diuers. rescript. & l. pure. §. fin. ff. de doli exceptio. & tradit Paris. in consil. 20. numer. 13. volum. 1. dum inquit, dictionem, in perpetuum, sæpe repetitam tractum successiuum continere, & perpetuitatem denotare, & non personalitatem, vt eius verbis vtatur, vt tradunt Doct. per illum text. in l. sordidorum. C. de excus. mune. lib. decimo. Si enim diceremus huiusmodi rem æstimatam in dotem datam, dotalem esse, vt maritus eam perpetuo non habeat, ex consequenti omnino dicendum erit, & ideo in casu dotis restituendæ vxori: vel eius hæredibus restitui deberet, vnde reuocabiliter & non perpetuo data diceretur. l. vnica. C. de rei vxor. act. quo tamen stantibus illis verbis dici non potest. Ergo:

Decimotertio limitatur, si in ipso instrumento dationis in solutum, pactum appositum sit, vt ei vendere liceat rem vel bona in solutum data, cui vel quibus dare, vèdere, aut aliter a se ipso alienare voluerit semel & pluries: hæc enim clausula, vt res pleno iure & irreuocabiliter data cõseatur efficit & inducit:

ducit: alioquin illa clausula nihil operaretur, & superflua esset, si res ipsa vel bona in solutum data, dotalia essent: cum maritus rem dotalem vendere non possit, *toto titulo ff. & C. de fundo dota. & tradit August. Berous in d. cons. 63. numero 11. volum. cum aliis multis, quos ipse adducit.*

Decimoquarto limitatur, si in instrumento dationis in solutum pactum appositum sit, ut gener infra aliquod constitutum tempus rem, vel bona in solutum data restituere teneatur, sed reuendere pro eadem summa & estimatione: Nam si maritus, cui res vel bona in solutum data sunt ex pacto se obligauit ad reuendendum, utique hac datione in solutum marito facta fuit alienatio: cum retrouenditio venditionem prius præcessisse præsupponat. *l. 2. vbi tradunt omnes. C. de pact. inter empto. & vendit. & tradit August. Berous in dicto consilio 63. numero 12. volum. 3.*

Decimoquinto limitatur, si in ipso instrumento dationis in solutum adiecta sit illa clausula, *ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, alienandum, &c.* Illa namque clausula expresse ostendit, ipsam rem vel bona pleno iure & irreuocabiliter in solutum dari, ut voluit Decius in *consil. 168. columna 1.* dum ibi inquit, quod si in successione feudi hæc verba apposita sunt, alienationem rei feudalis concedere dicuntur sine domini consensu & ex consequenti libere, *ut inquit Brunus in consil. 38. & Hieron. Grat. in consil. 9. numero 140. volum. 1. & Roland. à Valle in consilio 64. numero 10. volum. 4.* Et ideo dixit Crotus in *l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 133. ff. de verborum obligatio.* quod quando instrumento diuisionis dicitur, *ad habendum, tenendum, possidendum. & quicquid perpetuo placuerit faciendum,* huiusmodi verbis fideicommissum remissum censerit, ut ipse in satis ardua quæstione consuluit.

CAP. CLXXI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Extimatio pluribus modis fit, & latius infra suo loco ponentur.

Postquam satis copiose ex præcedentibus, an æstimatio emptionem & venditionem faciat, visum est: † Quibus præterea modis fiat & probeatur, videndum est: Verum antequam ad alia transeamus, prædictam æstimationem ex infrascriptis probari, ut inquit Albericus de Rosate in *l. 1. nu. 29. C. de senten. qua pro eo, quod interest.* Ut puta aduersarij confessione, iuramenti delatione & præstatione; Item instrumentis, fructuum perceptione ex ipsa re, vel rerum similium perceptione, & eiusdem bonitatis: Item ex loco, tempore, notitia rei, aut vicinitate. Quæ quidem omnia ad rei extimationem, & interesse declarationem, plurimum faciunt. Verum quia, ut plurimum testibus probatur, ut inquit Corne. in *consil. 288. num. 12. volum. 3. & tradit Alberi. de Rosate in d. l. 1. & rursus idem Alberi. in l. si seruus, la seconda, num. 2. de condit. fur. merito antequam ad alia descendamus, quicquid ad ipsos testes pertinet, discutiendum est. In hac conclusione ultra prædicta, quæ infra suis locis referentur, ut inquit Alberi. in dicta *l. si seruus, la seconda, nu. 3.* dicunt Aduocati, testes qui dicunt duos vel tres tati emis-*

se, veram rei æstimationem non probare: sed cum dicunt, quod dictæ res vel bona tanti communiter venderentur, ut voluit Iacob. Butriga, & dicunt de hoc notabilem gloss. esse in *l. 2. C. de rescin. vendit. vbi tradit etiam Alber. & in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. & iterum dicit iterum Alber. esse text. & in l. filiusfamilias. §. si quid alicui. ff. de legat. secundo. & in l. si seruum meum, vbi rursus tradit gloss. ff. ad leg. Aquiliam, cum aliis quos deduxit Alber. in dicta *l. si seruus.* Hic tamen probandi æstimationem & verum rei pretium satis difficilis est, cum rem tantum valere probare debeant, ut attestatur Bartol. in *d. l. secunda. C. de rescin. vend. & Angel. Aret. in d. §. si quis agens, colu. 4. Instir. de actio.* Difficultas autem ex eo oritur, quod hæc æstimatio, intellectus iudicio potius, quam sensu corporeo percipitur, ut inquit Bart. in *d. l. 2. volum. 3. C. de rescin. vendit.* Et ideo in his testes sæpe probabiliter deponere nesciunt. Accedit etiam prædictis ad augendam difficultatem probationis, quod licet regulariter testis rationem dicti sui assignare non teneatur, nisi de ea interrogetur, ut dixit gloss. communiter approbata in *l. solam, in fi. C. de testib. & dixit Ang. in §. & licet, colum. 1. per illum text. in Authent. de testib. inferens ad testem, qui de dominio deponit, ut non probet, nisi rationem sui dicti etiam non interrogatus adducat, & ita intelligunt omnes text. & glo. dum simpliciter dicunt, testem rationem sui dicti assignare debere, ut est *tex. in d. §. & licet, in fi. cum gloss. in vers. & causam. & pariter Bal. ibi, qui illum. §. legit, & posuit sub §. nihil. ff. de transfact. vbi etiam simpliciter dixit Bart. sub §. vult igitur, & iterum tradit Bart. & sequuntur alij in l. qui testamento. §. fin. §. de testam. & iterum gloss. in l. testium, in verbo, præsto, vbi late Bald. volum. 3. C. de testib. & Angel. in §. hinc nobis, colum. 2. in fi. Authent. de hered. & Falcid. Hanc eandem conclusionem, ut testis non probet, nisi rationem etiam non interrogatus sui dicti conuenientem afferat, tenet iterum Bald. in *l. fin. in fin. C. de iure domi. impetran. & Castrens. in d. l. pretia rerum, vbi eum sequitur Alexan. in col. fi. & ita etiam rursus inquit tenere Bald. in suo tract. de testib. & Panorm. in cap. cum causam, qua inter æconomum, extra de testib. & iterum etiam Bald. in *d. l. solam. C. de testib.* Cuius decisionis illa etiam ratio afferri potest, ut inquit Bald. de Vbal. in *d. l. 2. colum. 15. versic. qualiter autem testis. C. de rescin. vend. & clarius in vers. sequenti, incipien. quarimus ergo. &c.* quod huiusmodi scientia rei vel bonorum valoris, seu pretij, in notitiam testis ex variis modis deuenire potest: & ideo tenetur illud suæ sententiæ fundamentum ratione declarare, ut iudicium ius dicentis sensu fundetur & consistat, prout etiam in probando dominio fieri oportet, ut notatur in *l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess.*****

Illud autem, quod supra dictum est, difficultatem huius probationis in eo potissimum consistere, quod testes de valore rerum seu extimatione deponentes sui dicti rationem etiam non requisiti reddere debent, plures patitur limitationes: & ideo in illis casibus multo facilior probatio reddi solet. In primis igitur limitatur illa conclusio, si dictum testis tacitam rationem corporis sensu includat, & si aliter expresse rationem non exprimat, *per text. in l. 1. §. primo. ff. de flumi. & ea, qua notantur in l. 2. C. quando fiscus vel priuat. & in l. dominus horreorum, ff. locati.* Et facit ad hoc plurimum illa regula, quod par est virtus taciti & expressi. *l. cum quid. ff. si certum*

peratur cum aliis similib. nam nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat.

Secundo fallit, quando testes de iis deponunt, quæ iuris sunt, & sensu corporis immediate non percipiuntur: qui sunt quinque, & enumerantur à gloss. in l. quod nico. §. si venditorem, in verbo, non minus. ff. de acquir. possess. tunc enim per sensum corporis rationem dicti sui convenientem rei, de qua agitur, etiam nõ interrogati reddere debent: & idem quoque est in iis, quæ potius iudicio intellectus quam sensu corporis percipiuntur: & ita limitat Pantaleon de Crema in d. l. secunda, numero 313. C. de rescinden. vendit. & subdit ita declarare Bart. in d. l. solam. C. de testib. & in d. l. qui testamento. §. fin. si de testamen. & notat etiam Bald. in d. l. solam, & in d. l. cum hi, §. nihil. ff. de transactio. & ante eos tradidit Innocent. in cap. cum causam, vbi late Hostiensis, Ioan. Andr. & alij, extra de testibus cum multis alijs concordantibus, quos referunt recentiores in dicta l. qui testamento. §. finali. ff. de testamen.

Tertio limitatur, quando plures testes sapientes vel circumspecti aliquid simpliciter de valore rei etiam non expressa probabiliter & sufficienter ratione sui dicti: nam licet concludenter non probetur, iudicium tamen faceresit inspecta eorum qualitate. Probabile namq; est illud quod à pluribus sapientibus dicitur, vt inquit Bald. in d. l. solam. vers. credo tamen. C. de testib. post Aristotelem, quem ibi refert, argumento l. si mater. C. ne de statu defunct. Et ideo in practica diligenter inspiciendum est, vt partes, testes sapientes & circumspectos inducant, probæque fidei, propterea quod personarum probitas dicti defectum supplet, vt de hoc plura adduci possent, quæ tamen consulto omittuntur, & præsertim quia locis suis quilibet legere poterit.

C A P. CLXXII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 - Testes, vt rerum & bonorum valorem & pretium concludenter probent, quibus verbis vti debeant.

1 **V**T igitur testes valorem, pretium & æstimationem rerum vel bonorum probent, satis non esse, si dicant quod tanti emerentur ab emere & vendere volentibus, propterea quod huiusmodi verba in duob. procedere & verificari possent, qui fortasse particulari affectione emere vellent: quæ quidem particularis affectio in rei æstimatione attendenda non est, vt dixerunt Bart. Bal & Angel. in dicta l. 2. C. de rescinden. venditio. Et ideo Doct. ibi, & in dicta l. pretia rerum. & in d. capit. cum causam, inquit testes deponendo exprimere debere, quod res illa vel bona tanti empta fuissent, & vendita communiter à volentibus emere & vendere: Et ideo recte animaduertatur, ex prædictis colligitur, probationes ex pluribus deficere posse, tam quia verbum illud communiter adiectum non sit, vt saltem æquipollens: quam etiam quod ommissum sit, quod tanti emerentur ab iis, qui illius terre, vel rei notitiam haberent. Et ideo vt dixit, Pantaleon in d. l. 2. Inspiciendum præterea est, an ratio sui dicti à testibus reddita de rerum vel bonorum valore, pretio ex æstimatione ad singularem, vel commu-

nem æstimationem referatur: quandoquidem in ipsa æstimatione, valore, vel pretio singularis æstimatione, valor aut pretium attendendum non est, vt est tex. in d. l. pretia rerum, in princip. & in l. in lege falcidia, non habetur. §. fin. secundum vnum intellectum gl. ibi. ff. ad l. Falcid. & in d. l. si seruum. ff. ad lege. Aquiliam. Ratio autem est, quia à delictis hominum vel singularibus motibus res metiende non sunt. l. illud. ff. de manu vindic. Id tamen in rebus sub hasta venditis, & in pacto adiectionis in diem locum nõ habet. l. & si sine. §. primo. ff. de mino. prout dixit etiam Bald. de Vb. l. in d. l. 2. colu. 9. vers. sed contra. C. de rescinden. vendit. Qui in col. pen. vers. sed pone, quod testis, illud addit, quod si testis verosimiliter affectionem rei non habeat, prohibet, etiam quo ratio ab eo reddita ad suum singulare pretium referri videatur, vtputa si diceret tanti valere, quia tanti emerret, vt notauit Cynus in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. quod quidem si verum est, adnotatione dignum maxime est. Omittendum præterea non est, testes in hac æstimatione probanda per verbum, credo, saltem concludenter probare, quod quidem in qualibet attestacione locum habet, quæ intellectus iudicio percipitur: id quod etiam procedit, si deponant per verbum, opinor, hanc rem tanti valere, si tamen dicti ratio subsequatur: quam vt supra & infra diximus, etiam nõ interrogati adducere tenentur, & si alioquin testes huiusmodi verbis deponentes non probent, & de hac conclusione meminit Imola in d. l. pretia rerum. vbi tradit etiam Alex. col. 5. & eam simpliciter sequitur & cõprobat ex iis, quæ dixit Bar. & sequitur alij in l. 1. in prin. ff. de ventre in spic. & rursus idem Bart. in l. fin. iuncta gloss. ibi, in verbo opinionem, iuxta vnum intellectum, ad finem text. C. de prædi. & omni reb. nauic. 11. & optime faciunt, quæ supra diximus, & infra dicentur. Debent igitur duo circa testium depositionem adnotari, primum dictum testium, scilicet, duo hanc rem esse huius æstimationis: Secundo ratione dicti attendendam esse.

Vt igitur nihil pro declaratione rei propositæ omittatur: & facilius pretium seu æstimatione, vel valor singularis & rei affectio percipiatur, sciendum est, pretium, valorem, æstimationemve & rei particularem affectionem à multis causis provenire: quarum quatuor refert gloss. in d. l. lege falcidia. §. si. ff. ad legem Falcid.

Prima igitur est ea, quæ à sanguinis coniunctione proficilicatur, quæ sane multa efficit, & præsertim quod dolor mei coniuncti: meus reputetur, vt est tex. in l. 1. §. si. cum l. seq. ff. de lib. causa. & facit text. in d. l. pretia rerum, in princ. Et ideo dixit gl. magna in l. item. ff. in ius voc. vt eant. præsumendum non esse, vt coniunctus cõiunctum in laqueo relinquit. Hinc etiam est, vt sanguinis cõiunctio homicidij dolosi præsumptionem excludat, vt notat gloss. in l. 1. C. de fcar. Pariter etiam excludit præsumptionem iniuriæ illatæ, vel quod quis aliquid in coniunctum animo iniuriandi contulerit, vt inquit glo. in l. vestem. C. de iniur. Hinc quoq; est, vt coniunctus pro coniuncto illud idem, quod pro se faceret, facere præsumatur, vt probat tex. notabilis in l. heredes mei. §. fin. vbi notat Bar. ff. de condit. & demonstrat. & facit etiam tex. in l. isti quidem. in fine. ff. quod met. causa. vbi est gloss. notabilis. rationem affert, quare pater filium suum magis diligit, quam econuerso filius patrem: & est illa

Æstimatio rei probatur æstimo seu catasto.

SUMMARI.

- 1 Æstimationem probat æstimum, seu appellant vulgari sermone catasto.
- 2 Valere res tanti præsumitur, quanti in æstimo, seu catasto posita est.
- 3 Regula, quod res tanti valet, quanti vendi potest, quando & quomodo procedat.
- 4 Res immobiles æstimantur secundum redditum.
- 5 Beneficium dicitur maioris valoris, quod plures redditus habet.
- 6 Res tanti valet, quantum ex fructibus percipitur.
- 7 Soluendo quem non esse constat ex eius æstimo, vel catasto.
- 8 Publica valoris & æstimationis bonorum & rerum fama attenditur, quo plura valeat quam in æstimo, seu catasto descripta sit. & tunc tutor non excusatur.
- 9 Inuentarium & æstimum seu catastum tam negativa quam affirmatiua probatur.
- 10 Scriptura facta publica auctoritate plena fides adhibetur.
- 11 Fides adhibetur illi, qui publica auctoritate fuit deputatus ad recipiendum gabellas.
- 12 Æstimum seu catastum plenam fidem non faciunt.
- 13 Datio in solutum si forte plurium rerum fiat, vel aliquarum ex pluribus simul in æstimo confuse æstimatis, si omnes prout simul fuerunt in æstimo vel catasto æstimata eadem in solutum datione non comprehenduntur, sed earum pars, tantum debet in æstimo haberi ratio meliorationis cuiusq; rei,

Alius probandæ æstimationis valoris vel pretii modus est, per Æstimum vel catastum, vt vulgari sermone appellant Doctores nostri, vt dixit Petrus de Vbaldis in tract. collecta in 1. cons. num. 4. & antea posuerat Bal. in d. l. 2. colum. penult. versic. denovo questio. 10. C. de rescinden. vendit. Et ideo dixit Bartol. quem ibi sequitur Alex. col. 3. C. de præd. nauic. lib. 11. rem tanti valere Æ præsumendum esse, quanti in æstimo vel catasto descripta & æstimata est: Et ideo deinde subdit, Æ regulam illam, qua dicimus rem tanti valere, quanti vendi potest, in rebus mobilibus locum habere, quarum nulli sunt redditus vel proventus. At secus in rebus immobilibus, Æ quæ à redditibus & proventibus suum pretium, valorem & æstimationem recipiunt. Comprobat id Petrus eod. in loco ex iis, quæ dixit Iohan. And. & Gemina in c. si pluribus, col. 1. de præben. in 6. dum voluerunt beneficium Æ maioris valoris & æstimationis illud esse, quod plures redditus & proventus habet: vnde etiam ille plures facultates & bona habere dicitur, qui plures fructus redditusq; habet, vt dixit Bart. in l. pro locis. C. de anno & tribu. lib. 10. propterea quod Æ res tanti valere dicitur, quantum de fructibus correspondet. Dixit præterea etiam Ias. in l. 1. §. si heres percepto, num. 9. ff. ad Senat. cons. Trebel. inquit Bartol. ibi tradendo practicam admonere quempiam, vt caueat, cum de alicuius rei æstimatione tractatur, venditor illa verba dicat, de quibus

illa, quod amor descendat, non ascendat: & pater sperat in filio conseruari, vti in humana specie, non autem econuerso. Accedat etiam prædictis, quod ratione coniunctionis quis etiam quod sit prohibitus, ad accusandum admittitur. Multa alia de hac sanguinis coniunctione tradit idem Pantaleon in d. l. 2. nu. 321. & 322. C. de rescin. vendit.

Secundo dicit idem Pantaleon in d. l. 2. num. 324. affectionis causam inde proficisci, quos aliqua fuerit maiorum nostrorum, vt est text. in l. si emptione. ff. de minor. vbi inquit Bal. minorem læsum ex eo solo censi, quod res quæ fuit maiorum suorum, ad aliam perueniat, & id probat per illum text. & ideo ob hoc in integrum restituendum esse arbitrat: & de hoc late tradit Barba. in cons. 108. scriptum est. colum. 3. volum. 2. & facit text. in l. prima. §. sed nonnullis. ff. de tutel. & ratio. distrahent.

Tertio prouenit etiam aliquando affectio ab utilitate, vt inquit Pantaleon in d. l. 2. num. 323. vtputa quia licet seruus ex se decem tantum valeat, attamen quia est fortasse hæres institutus, pluris æstimari potest, vt habetur in d. l. pretia rerum, in princ. & in d. l. si seruum ff. ad leg. Aquiliam.

Quarto etiam prouenit actionis causa ab aliqua domo, in qua pater, vel eius maiores decesserunt, vel in qua ipse alitus, aut educatus fuit, vt inquit ipse Pantaleon in eadem l. 2. num. 325. C. de rescind. vendit argumento text. in l. lex, qua tutores. §. nec damnum. C. de administratio. tutor.

Quinto, prouenire etiam dicunt ab ea domo, in qua maiorum nostrorum imagines & sepulchra sunt, vt eodem in loco inquit Pantaleon, numero 326. per text. in d. §. damnum. & de sepulchris est text. in l. libertus. §. qui soluendo. ff. de bon. libert. & in l. 1. §. & alias, vbi text. notat. ff. si quid in fraud. patroni. & nos late tractauimus in commento tituli. ff. de relig. & sumpt. fun.

Sexto, pretium affectionis etiam dicitur, vt tradit eodem in loco Pantaleon, numero 327. quando datur magna opportunitas, d. l. 1. in princip. versic. & alias. vbi dicitur pretium hoc affectionis quinque modis considerari posse, vt ibi latius habetur.

Septimo, causa affectionis, vt ibidem subdit, nu. 328. est etiam ratione vicinitatis, propter quam possum in re interesse prætere. d. versic. & alias. & l. si cui fundus. ff. de legat. 2.

Octauo, datur etiam affectio in seruo & homine, qui rei familiaris notitiam habeat, vt est text. notabilis in d. l. lex, qua tutores, versic. ante omnia. C. de administratio. tuto.

Nono, dicitur pretium affectionis, vbi cunq; ex qualibet alia causa propriæ voluntaris quis ad rem aliquam affectionem habet, & ex ea causa ad eam habendam inducitur: in his enim aliter certa regula dari non potest, quia illud vulgatissimum est, tot esse sententias, quot sunt capita, ac etiam quia humana voluntas ex variis animi motibus ad varia sæpe inclinatur, iuxta illud Davidis, sapienter dictum Satiabor Domine, cum apparuerit gloria tua. Vnde ad rem nostram redeundo concludendum est, in rem particularem affectionem cadere, & ideo de huiusmodi æstimatione intelligendum non esse, cum ad prædictas seu similes singulares utilitates, vel affectiones non respicimus,

iuribus supra adductis.

supra mentionem fecimus. De hac quoque conclusionem meminit Pantaleon in d. l. 2. num. 300. C. de rescind. vendit. & tradunt Ang. Castrensi. Imola & Alexand. in d. l. pretia rerum, vbi Alexan. in 3. col. secundum formam traditam per totam l. forma. ff. de censib. Arbitrantur enim in æstimis & catastris, vt ita dixerim, cuiuslibet bona immobilia æstimari; & ideo prædictam æstimationem tanquam ab iis factam, qui publicam habent auctoritatem attendendam esse: colliguntque hanc practicam ex text. in l. fin. secundum vnum intellectum gloss. ibi, quam sequitur Bart. C. de præ. & aliis reb. nauicu. lib. 11. Confirmatur huiusmodi practica ex iis, quæ dixit idem Bart. in l. decem, in i. notab. ff. de verb. oblig. dum concludit, quempiam soluendo non esse ex ipso catasto vel æstimo apparere: † & ideo si quis eum esse soluendo & plus in honis habere dicere voluerit: illud probare debet, iuxta ea quæ notat gloss. in l. cum de lege. ff. de probatio. quam sequitur Bart. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisf. cogan. & in l. fin. §. licentia, per illum text. vbi etiam recentiores tradunt. C. de iure delibe. vbi de hoc articulo late disputant: & iterum ponit Bartol. in l. si constante, in princip. ff. solut. matrimon. prout etiam diligenter discutiunt ea, quæ dixit Bartol. in d. l. decem. quia ibidem Bal. Ang. Cuma. & Imola ei contradicunt. sed de hoc tradit Aret. in §. item si quis in fraudem, col. 6. versic. quæro ergo, quomodo poterit, & c. & ibidem Ias. Instit. de actio. & tradunt recentiores in d. l. decem. Præterea pro hac practica facit illud, quod dixit Bald. in l. fin. per illum text. C. de magistrat. conuenien. iuncta gloss. ibi, dum inquirunt, quod licet tutor vel quilibet alius, qui aliena negocia gerit, magnam in eis gerendis diligentiam adhibere debeant; si tamen eorum res, quorum negocia administrat, iuxta illam æstimationem vendant, quæ publica auctoritate facta fuit, & si plures fortasse sint, excusandos esse: Id quod Bart. ibi memoriæ mandandum existimat. Hoc autem † locum non habere animaduertendum est, cum in eo loco vbi sita sunt bona publice dicitur, illa bona maioris æstimationis & pretij esse, quam in ipso æstimo vel catasto descripta: in eo enim casu tutor vel quilibet alius aliena negocia gerens non excusaretur: Nam dicitur esse in culpa, vt dixit gloss. in l. si tutor, petitus. C. de pericul. tuto. Hanc eandem conclusionem seu practicam tenet Imola in capitul. penul. extra de emptio. & venditio. & Bal. in d. c. cum causam, il 2. extra de testib. & comprobare dicunt Bal. in l. si pater. C. de actio. empti. vbi nihil de hoc dicere videtur. & iterum idem dicere arbitrantur Bald. in d. l. 2. col. pen. versic. denuo, quæro. Præterea idem Bald. in l. quicumque, col. pen. versic. sed quid si est soluendo, & c. C. de seruis fugit. inquit inuentarium † & bonorum æstimum seu catastrum, æque tam negatiuam & affirmatiuam probare. l. cum de lege, vbi tradit gloss. ff. de probatio. Præterea huiusmodi conclusio probatur ex eo, quod plena † fides scripturæ factæ publica auctoritate adhibetur, & si à priuatis facta sit, vt notat Bart. in l. quadam. §. numeralios, in fi. ff. de edendo. Qui inde refert, † eis fidem adhibendam esse, qui publica auctoritate ad gabellas, & similia recipienda deputati & electi sunt: facit ad hoc illud, quod notat Bart. in auth. si contractus, col. 1. C. de fide instrum.

Contrariam tamen opinionem, quod imo æstimum vel catastrum publicum æstimationem rerum & bonorum in solum datorum non inducat, aut

legitime probet, tenet Bald. de Vbaldis in d. l. 2. col. penult. vers. sed nunquid per æstimum. C. de rescind. vend. dum inquit, huiusmodi æstimum † plenam fidem non facere ob id, quod res inter alios acta dicatur. Comprobat id per text. in l. censualis. C. de donatio. & in l. qua quisque. ff. de acquir. rer. domi. Et ideo concludit iudicium tantummodo facere, & eandem opinionem dicit Pantaleon in d. l. 2. tenere Bald. in l. si pater, alias minor. C. de actio. empti. & alia multa deducit ad probandum æstimum rerum æstimationem non probare: vnde etiam Pantaleon eodem in loco, num. 306. loquens de eo modo æstimo publico probandi rerum vel bonorum æstimationem illud omittendum non esse existimat, quod si fortasse alicui plures res † vel bona nonnulla ex pluribus simul confuse in æstimo vel catasto danda sint: si non omnes, prout fuerunt in æstimo vel catasto æstimate in ea adiudicatione comprehenduntur, sed forte eorum pars tantum in æstimo vel catasto habetur, meliorationis cuiusque rationem rei habendam esse, licet forte conuentum aut pronunciatum sit, vt in solum pro eo pretio, quo æstimate fuerunt in publico catasto vel æstimo dentur: Nam in hoc quoque casu idem inspiciendum & attendendum est, quasi idem facti æstimi tempore in cognitionem venerit & discussum fuerit, vt voluit Bartol. in l. si ex falsis, columna penultima, in fine, post gloss. ibi, & ibidem sequuntur alij Scribentes. C. de transactio.

CAP. CLXXIV.

ARGUMENTVM.

Æstimatio probatur etiam à subhastatione.

SUMMARI A.

- 1 Modus probanda extimationis est subhastatio.
- 2 L. 2. C. de rescin. vendit. in venditione facta sub hasta, locum non habet.
- 3 Subhastatio non habet locum, nec operatur vel probat veram æstimationem, quando non interuenit auctoritas domini.

Alius præterea modus probandi æstimationem bonorum vel rerum à subhastatione proficitur, † vt inquit Ang. in d. l. pretia rerum, vbi Alex. colum. 3. eum sequitur. Nam si res, vel bona plures dies subhastentur, & venalia exponantur: eius æstimationis esse dicuntur, quæ oblata fuit. hic modus probandi æstimationem colligitur ex text. in authent. hoc ius porrectum ibi, quo subsequuto per 20. dies rem ecclesia esse venalem publice sit notum, vt plus offerenti detur, & c. Hanc modum sequitur etiam Aret. in d. §. si quis agens, colum. 3. Instit. de actio. Vnde inferunt Doctores in locis supra relatis, in venditionibus sub hasta factis locum non habere remedium † d. l. 2. C. de rescind. vendit. cum læsionem non inducat, quandoquidem cum subhastatio cum magna fiat solemnitate, de qua habetur toto tit. C. de fide instrum. & iure hasta fiscal. libro 10. res vel bona eo pretio, prout si esset alienata, æstimate fuerunt, & vti communi pretio vendi potuissent, vt dixit Bartol. in l. 1. per illum text. qui ad hoc reputatur singularis. C. de prad. curia. libro 10. & idem voluit Angel. in d. l. pretia rerum, & Bald. Angel. & Ioan. de Platea, in l. 1. C. de

C. de præd. curia. & rursus Angel. in consil. 139. tutor v-
 xoris. & in l. si quis. C. de rescind. vendit. Id quod eo-
 dem in loco tunc procedere arbitratur, quando in
 ipsa subhastatione domini quoque autoritas in-
 teruenit, prout loquitur in d. l. i. At secus si domini
 ꝑ autoritas non interuenit, ut est in casu dictæ l. si
 quos. & rursus idem voluit Angel. in l. sciendum, colu. 6.
 ff. de verborum obliga. & in l. i. C. de præscript. 30. anno.
 post Bar. ibi, qui contrarium tenuit. Præterea idem
 quoque voluit Panormit. in cap. cum dilecti, extra de
 emptio. & venditio. Ipse tamen Abb. sibi contrarius
 in cap. cum causa, eodem titul. contrarium firmavit, ut
 scilicet decretum super alienationibus interposi-
 tum huiusmodi beneficium l. i. C. de rescind. vendit.
 non tollat, & mouetur ex iis, quæ habentur in cap. i. ex-
 tra de reb. eccles. non alien. in 6. & clarius facit text. in l.
 si quidem. C. de præd. mino. Hanc eandem opinionem
 tenuit Bartol. in d. l. si quos, per illum text. C. de rescind.
 vendit. & facit text. in l. si quidem. C. de precib. imper. of-
 feren. Eandem præterea opinionem tenuit Bartol.
 in d. l. si quos, per illum text. C. de rescind. vendit. & in d.
 l. i. C. de præscript. 30. anno. & Paul. Castrensis in d. l. pretia
 rerum, per text. in d. l. si quos. Et licet Castrensis ibidem
 limitet hanc conclusionem: eius tamen limitatio-
 nem reprobatur ibidem Alex. in 4. col. vbi etiam Imola
 & Alexand. secundam opinionem sequuntur: cui etiam
 adheret Ludou. Rom. ut inquit Pantaleon in d. l. 2. num.
 208. C. de rescind. vendit. & Angel. Aret. in d. §. si agens,
 colu. 3. per text. in d. l. si quidem. C. de præd. mino. Has
 satis diuersas, immo. contrarias opiniones ita eo-
 dem in loco Pantaleon concordare conatur: Aut
 enim, inquit ipse, quærimus an subhastatio, vel de-
 creti interpositio talem inducat præsumptionem,
 quæ læsionem omnino excludat, ita ut onus pro-
 bandi se esse læsum in aduersarium transferat: &
 tunc subhastationem huiusmodi præsumptionem
 facere omnino arbitratur, & ita inquit intelligen-
 dum esse text. in d. l. i. C. de præd. curia. & hanc decla-
 rationem confirmare inquit illud, quod notatur in l.
 nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. iuncto text. in
 d. l. si quidem, & illud quod tradit Bartol. in l. neque
 natales. C. de probatio. Et ita etiam vult, ut intelli-
 gantur omnia illa, quæ supra primo loco in d. arti-
 culo deduxit. Et ex consequenti ita etiam intellige-
 re hanc conclusionem in d. 4. articulo, videlicet ut
 ipsa subhastatione vera rei & bonorum æstima-
 tio præsumptiue probetur, quæ in aduersarium
 contrarium probandi onus transfert. Nam est iu-
 ris præsumptio, ut inquit gloss. quam sequitur Bar-
 tol. in d. l. neque natales, & in d. l. siue possideris, & in l.
 matrem. & in l. cum precibus. C. de probatio. & facit ad
 hoc optime illud, quod notat gloss. in d. l. cum de lege. ff.
 de probatio. Aut vero quærimus, nunquid ipsa sub-
 hastatione interposita rei verus valor, pretium, aut
 æstimatio probetur, ita ut ea pars, quæ vere læsa
 fuit, onus probandi contrarium assumere non pos-
 sit, ut puta quod vere & realiter læsa sit: & tunc di-
 cit subhastationem eam ab hac probatione non
 excludere, quia non est præsumptio iuris & de iu-
 re, contra quam in contrarium probatio non ad-
 mittitur, ut voluit gloss. in d. l. siue possideris. Sed est iu-
 ris tantum, contra quam probationem admitti
 dubium non est: & ita procedant ea, quæ supra se-
 cundo loco deduximus in hoc articulo, per
 text. in d. l. si quos. C. de rescind. vendit.

CAP. CLXXV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. Pretium iustum rerum vel bonorum, est illud, quod
 spatio 20. annorum ex fructibus percipitur.

Alius ꝑ valoris & pretij seu æstimationis pro-
 bandæ modus est, ut inquit Rebuffus in l. i. nu-
 mero 508. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. si calcule-
 tur quicquid spatio 20. annorum ex fructibus ipso-
 rum bonorum percipitur, ut est text. in §. si vero ali-
 cuius, colu. 2. in Auth. de non alien. aut permut. reb. ec-
 clesia. & notat Ias. in l. si fundum per fideicommissum,
 colu. 2. ff. de leg. 1. & tradit gloss. in auth. perpetua, in fi.
 C. de sacrosanct. eccles. & gloss. in verbo districte, in capit.
 ea enim. §. hoc ius. 10. q. 2. & Rom. in consil. 423. Pro ple-
 niori discussione, in primo dubio. Subdit tamen Rebuf-
 fus eodem in loco, id obseruari non consueuisse:
 ad hoc tamen animaduertendum est, quia hic mo-
 dus sæpe deciperet ea ratione, quod respectu loco-
 rum, rerum & bonorum pretium variare solet, ut
 inquit Bartol. in d. l. pretia rerum, vbi tradit etiam Imo-
 la. & Imola & Panorm. in d. cap. causam, quæ inter eco-
 nomum. Et ideo Corneus in cons. 80. num. 16. volu. 3.
 eam quoque dicit iustam & conuenientem esse
 æstimationem, quæ pro iudicio & opinione ho-
 minum fit.

CAP. CLXXVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. Aestimare debet iudex ex suo officio, si villo ex prædictis
 modis valor vel pretium non aestimetur.

Si vero nullo ex prædictis modis fiat æstimatio,
 nec valor bonorum probetur, ꝑ iudex ex suo
 officio æstimare solet, ut inquit Bart. in l. si quod ex
 Pamphila, num. 2. ff. de leg. 2. per tex. in l. semper. §. in hoc
 interdico, & quod ibi notant Doct. ff. quod vi, aut clam.
 ac etiam per ea, quæ notant Doct. in l. i. C. de sentent.
 quæ pro eo, quod inter. in illa quæstione, qualiter in-
 teresse probetur. Et ideo dixit Bal. in cons. 40. nu. 8.
 vol. 1. æstimationem optione non fieri, vel per ter-
 tium a parte parti missum, sed iudicis arbitrio, ut
 plene notatur in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & idem dixit
 Iohan. Maria Riminal. in cons. 360. nu. 25. vol. 2. dum
 expresse inquit, vbi æstimator, valor seu pretij ex-
 presse probatum non est, Iudicem ex suo officio
 pro ipsorum liquidatione interponere posse, ut ite-
 rum notauit Bar. in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2. &
 in l. 2. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. Et tradit Pe-
 trus Antonius Angulsiola in cons. 13. in materia con-
 tract. lib. 2. num. 5. & 6. vbi inquit non ob stare quod
 pars quantitatem, seu ipsum interesse non proba-
 uerit, propterea quod iudex ex suo officio quanti-
 tatem ipsam, vel ipsum interesse arbitrari potest,
 & debet, ut dixit Bar. in l. si traditio. C. de actio. emptio.
 vbi Bal. numer. 2. versicul. hoc autem interesse. & Salyc.
 numer. 3. versicul. quero quinto. & Roman. in con-
 sil. 270. numero 9. inquit, quanti inter sit empto-
 ris vel in solutum accipientis a iudice æstiman-
 dum & arbitrandum esse: Idem quoque tenuit
 Maria. Socin. sen. in cap. dilecti, n. 6. versicul. in eadem
 glos.

glos. ibi, & iudex extra de foro competen. & in terminis nostris dixit, quod licet quantitas interesse probata non sit, sed tantummodo interesse: Iudex tamen reum absolvere non debet, sed diligenter de eo perquirere, & ad quid ascendat arbitrari & declarare, & ita inquit sæpe consuluisse & obtinuisse, iuxta ea quæ dixit Bart. in d. l. si quod ex Pamphil. ff. de leg. 2. dum ipse quoque concludit, quod in omni casu, quo incertum quid petitur, ut interesse, fructus & similia, iudicem ad interesse vel fructus probandos in executione sententiæ condemnare posse & debere cap. auditis, iuncta gloss. extra de procurator. & tradit idem Maria. Socin. sen. in d. cap. dilecti, & in capit. 2. extra de foro competen.

CAP. CLXXVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimantur omnia perissimum pecunia.

Æstimationis tamen medium pecunia potissimum est: omnia enim pecunia æstimantur, ut inquit Hieron. Cagnol. in l. si emancipati, nu. 17. C. de collatio. per text. in l. 2. ff. de constit. pecun. & in l. si ita fideiussorem accepero, ff. de fideiussor. & Paul. Castren. in d. l. si ita fideiussorem, numero 2. ff. eodem titul. inquit illam l. semper ad id probandum deduci consueuisse, quod res omnes aliæ pecunia æstimantur, non autem econuerso.

CAP. CLXXVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatores bonorum à iure instituti & reperti.

Quoniam Iudices sæpe suis ministris & officialibus officium suum exercent: & ideo ut æstimatores ad loca ubi sunt sita bona, ut mittant necesse est: tamen merito huiusmodi æstimatores iuris dispositione constitutos fuisse sciendum & adnotandum est, ut est text. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. & tradit Bartol. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in l. creditores, colum. fi. ff. de pigno. & hypoth. & in l. Theopompus. ff. de dote prælega. & Paul. Castren. in d. l. 2. in fin. ubi etiam tradit Salyc. col. antepen. & Aret. in cons. 83. quia multa, colum. pen. & Alex. in d. l. pretia rerum, colum. 2. & Aret. in cap. cum causa, extra de testib. & Curt. iun. in cons. 165. colum. pen. & refert Cagn. in d. l. 2. numero 258. C. de rescin. vendit.

CAP. CLXXIX.

ARGUMENTUM.

Æstimatores quales eligi, & quid iurare debeant.

SUMMARIUM.

1. Æstimatores saltem duo eligi debent: & si non possunt inueniri, vnus sufficit.
2. Æstimatores iurare debent post electionem, se iuridice & bona fide æstimaturos.
3. Calculatores rationum à mercatoribus electi pariter iurare debent.

Eligendi autem æstimatores tamen saltem duo esse debent, si reperiantur in loco, ubi sunt bona: sin minus, vnus sufficit, ut inquit Pantaleon in d. l. 2. num. 296. C. de rescind. vendit. & tradit Angel. in §. quod autem, in Anth. de non alien. aut permut. reb. eccles. per illum text. qui loquitur in numero plurali. & idem etiam in simili dixit Bartol. in l. 1. in princip. ff. de ventre inspicien. per text. in d. §. quod autem. Debent præterea, ut inquit Pantaleon in d. l. 2. num. 296. prædicti æstimatores tamen post eorum electionem, se bona fide æstimaturos iurare, ut dixit Bart. in d. l. creditores, in vlt. colum. C. de pigno. actio. & Bald. in d. l. hac edictali. §. his illud. in colum. 2. C. de secund. nupt. & infra latius dicetur. ubi ex prædictis infertur, quod calculatores tamen quoque rationum à mercatoribus electi idem iurandum præstare tenentur, id quod admittit etiam Bartol. ibi reprobandus duas gloss. videlicet in l. 1. in prin. in versic. à te, in fin. ff. de ventre inspicien. ubi etiam Bartol. eas reprobat, & in l. iurandum. C. de testib. ubi etiam Bald. & hanc conclusionem sequitur Angel. in d. §. quod autem, per text. in d. §. his illud, versic. mobilium verorum. & c. & per text. in l. comparationes, in verbo, depositionibus, iuncta gloss. C. de fide instrum. & idem iterum tenet Bartol. in l. Theopompus. ff. de dote prælega. Hanc præterea conclusionem sequitur Ioannes Baptista Plotus in l. si quando, num. 893. C. vnde vi. qui pariter vult, ut iudex duos æstimatores destinare debeat, qui omnia æstimant & sibi referant, & est communis opinio, ut inquit Cagnol. in d. l. 2. num. 258. ubi etiam Bart. num. 20. vers. sed propter. & Bald. & Castr. & alij. C. de rescind. vendit. & pariter vult, ut prædicti æstimatores iurare debeant, & pariter mouetur per text. & gloss. in ea, quæ dicunt ibi Bartol. Bald. & Doct. in d. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. & Bertrand. in cons. 81. num. 6. vol. 1. & Panorm. & alij in c. proposuisti, extra de probat.

CAP. CLXXX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Partes sunt citandæ, quando iudex vel æstimatores ad bona æstimanda ad locum, ubi sunt bona, seu conferunt.

Partes citandæ sunt, tamen cum iudex vel æstimatores ad locum, ubi bona æstimanda sunt, vel res, se conferunt, ut inquit Cagno. in d. l. 2. nu. 262. C. de rescind. vend. & Bar. in l. Theopompus. ff. de dote prælega. & id procedit etiam post didicita testificata: nam prædicta publicatione nõ obstante, ipsi æstimatores ad æstimandum mitti possunt, ut inquit Bal. in d. l. 2. ubi etiam Cagno. num. 205. præterea, quod partes sint citandæ, firmat Pantaleon in d. l. 2. n. 297. subdit tamen ex intentione Bar. in d. l. Theopomp. col. fin. ff. de dote prælegata, hunc in modum distinguendum esse: Aut enim partes iam æstimatores approbauerunt, & tunc citatio necessaria non est, propterea quod nihil earum interuentus prodesse potest, ut inquit ibi Bar. Aut eos non approbauerunt: ut quia forte eos iudex elegit, & tunc partes citandæ sunt, & ita inquit intelligi dictum generale Bart. in d. l. creditores, in vlt. colum. & Bal. in d. §. his illud, colum. 2. de hac tamen conclusione illud subdit videndum esse, quod dicunt Bar. & Bal. in l. 2. C. de vsur. & fruct. legat. per

per illum tex. qui loquitur de calculatoribus electis à iudice, & ibi Bald. verba quædam in practica valde notabilia dicit, quæ satis clariorem hanc rem, de qua agimus, reddunt. Illud præterea prædictis addendum est, quod dixit Paris. in cons. 132. n. 7. cum sequen. vol. 4. dum vult, ut æstimatores iterum etiam finito officio referre possint ut notat Bald. in l. fin. col. 1. versic. imo quero. C. de contrahen. emptio. & posuit Innoc. in c. in lienis, extra de offic. deleg. & tradit Cynus in d. l. fin. & Bart. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. cum vulgaribus. Hactamen de re, ut inquit Cagnol. in d. l. 2. illud animaduertendum est, quod quando ipsi æstimatores ad locum accedunt, & de rei natura & aliis circumstantiis inquirunt, partes possunt ac debent esse præsentis, vel saltem monitoræ, ut ipsos informare & testes exhibere possint, ut inquit Bart. in d. l. Theopompus, & in l. qui bona. §. si. ff. de damno infecto & Felyn. in d. c. veniens, colum. fin. Et ideo subdit Cagnol. in d. l. 2. numer. 159. ex doctrina Bart. ibi, cum Iudex mittit agrimensores vel peritos, terminum partibus statuere debere, ut tali die adsint, ut est tex. in l. tertia ff. si. regun. & id inquit Bart. in processu ne corrumpat, apponendum & describendum esse, d. l. 3. & notat Alex. in cons. 33. & in cons. 177. col. 3. vol. 6. & Castren. in cons. 220. in antiquis. & Barbat. in cons. 18 col. 9. vol. 1. & Alex. in cons. 130. vol. 1. & Felyn. in c. 1. col. 4. extra de testib. & in c. quia iudicate, extra de præscriptio. & iterum Alex. in cons. 114. vol. 4. & in consil. 47. & in cons. 91. vol. 5. Relatio autem æstimatorum, ex quo in forma non fit, potest etiam die feriato expediri, Alex. in l. 1. §. sed excipiuntur, col. 2. ff. de fer. scribi tamen debet in actis. c. quoniam contra, extra de proba. & tradit Alex. de nunci. relatione loquens in l. 1. §. nunciatio, col. antepenul. ff. de oper. noui nuncia. Posset etiam fieri & dari in scriptis ut relatio nunciæ, ut ait, eligant, sed partibus non eligentibus, lox. Andr. & alii in d. c. quoniam contra. Potest præterea fieri in scriptis sigillatis, etiam parte præsentis, cum nihil audire possit, licet præsentationem relationis inspiciat. & facit illud, quod dixit Salyc. in d. l. 2. colum. antepenultim.

CAP. CLXXXI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatorum electio seu deputatio, ad quem spectet.

Æstimatorum electio ad iudicem pertinet, ut inquit Cagnol. in d. l. 2. per ea, quæ dixerunt Bart. & Salyc. in ead. l. 2. C. de rescind. vendit. & ibidem Alex. & Ias. & Felyn. in c. veniens, il. col. fin. extra de testib. & hanc opinionem comprobatur tex. in d. l. fin. in fine. C. de iure domini impetran. & in d. l. si quod ex Pamphila, cum iis, quæ ibi notat Bart. ff. de leg. 2. & habetur in l. & tantum. ff. de seruo corrup. vbi cum pateat æstimationem à Iudice fieri posse, pariter etiam ut ab æstimatores ab eo electis fieri posse dicendum est. c. potest qui per alium, de reg. iur. in 6. eandem opinionem sequitur Decius multa deducens in d. c. ecclesia, col. 8. extra de constitut. Comprobatur præterea hæc conclusio per tex. in dicta l. comparationes. C. de fide instrum. illud tamen in hac conclusio, ut inquit, Cagnolus in d. l. 2. n. 159. animaduertendum est, glos. in

verbo, ab his, in d. l. comparationes, & Bart. in d. l. creditor, col. fin. ff. de pignor. & hypoth. alternatiue, & satis obscure loqui, cum dicant partes eligere vel ipsum iudicem. Tex. autem in vers. his electionem, ad partes pertinere dicere videtur ibi, quos utraq. pars elegerit, & notat ibi Bal. in 2. col. electionem æstimatorum ad partes, non ad iudicem pertinere. Pro solutione igitur huius ambiguitatis illud dicendum videtur, quod notat Bal. in d. l. comparationes, ut prius partes æstimatores ad iudicem pertinere, per tex. in l. fin. C. de iudic. & faciunt ea, quæ Ias. ibi congerit, in 2. col. & idem quoque dicit eodem in loco voluisse Ias. ibidem, in col. pen. Ad tex. autem in d. §. his, respondet Cagnol. illum tex. non negare, quin iudex, ut ipsemet potest, id etiam per æstimatores, quos elegerit, facere possit. Vel secundo modo respondendo inquit, illum tex. de extrajudiciali æstimatione intelligendum esse: nos vero de ea loquimur, quæ de re in iudicio existenti fieri debet. consuetudo autem obseruat, ut mandante iudice æstimatorum electio à partibus fiat, ut dicit tex. in d. §. his illud. & ita obseruatur & practicatur. l. si de interpretatione, cum multis precedentibus, & subsequentibus ff. de legib. si vero partes in eligendis æstimatores non conueniant, Iudex ipse neutri partium suspectos eliget, ut inquit Bal. in d. l. si. C. de iudic. Verum si æstimatores in bonis & rebus æstimandis discordent, ad tertij electionem, iudice uti compulso, non autem electore interueniente deueniendum est, ut inquit Bald. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & Salyc. in d. §. his illud. & faciunt ea, quæ dixit Alex. in l. inter partes. ff. de re iudic. & recentiores omnes in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig.

CAP. CLXXXII.

ARGUMENTVM.

Æstimatores & æstimationibus variantibus, quid attendendum.

SUMMARIUM.

1. Æstimationes si diuersæ fiant, ut puta vna in prima instantia, & alia in secunda, media via eligenda est.
2. Æstimatores si non conueniant, quia duo dicant rem valere 20. & alij duo 30. quibus standum.
3. Probantibus affirmatiuam plus creditur.

Æstimationes si forte diuersæ sint, ut puta quia vna in prima instantia facta sit, alia vero in secunda, media via eligenda est, ut inquit Petrus Rebuffus in l. 1. n. 493. & n. 494. C. de sentent. qua pro eo, quod interest. text. est in l. ita ut omnes. ff. manda. vbi idem notat Salyc. & idem voluit Bal. in l. vnica, col. pen. vers. sexto quero. C. si seruus extero. & Imola in l. inter pares. ff. de re iudic. & Felyn. in cap. cum causam, il. 2. col. pen. extra de testib. Si tamen verò accidat, ut prædicti æstimatores in ipsa æstimatione discrepent, ut puta quia eorum duo dicant, bona vel res valere 20. alij vero duo, 30. quibus potius standum sit, quæri solet. In hac ambiguitate alij, ut deponentibus de 30. potius standum sit existimauerunt, propterea quod de 20. deponentes videntur velle, ut viginti tantum valeant & non ultra, ergo de negatiua deponunt: sed sic est, quod affirmatiuam probantibus plus creditur. l. diem. §. si plures. ff. de recept. arbitr. vbi tradunt Bart. & Salyc. in d. l. 2. col. 1. & Corset. in singul. inci-

incipiente, testis, &c. & Felin. in c. in nostra, colu. 2. extra de testib. & recentiores in cap. cum ecclesia, extra de causa possess. & propriet. & Soci. in tract. fallentia. regula 426. Testis. Ergo illis magis credendum esse dicendum videtur. Hoc tamen dictum reprobat Imola in cap. pen. col. pen. extra de emptio. & venditio. & vult, vt deponentibus de maiori summa standum sit, per text. in d. l. diem proferre. §. si plures, vbi alij etiam latius prosequuntur, ad quos me breuiter causa refero.

CAP. CLXXXIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimari debet tota res, quando extimari debet altera pars, cum quis aliam partem consumpsit.*

Vidimus supra, quomodo æstimationes fiant & probentur, vt alios nonnullos casus prosequamur, consequens & valde opportunum est. † Si igitur partis a debitore, qui alteram partem consumpsit, æstimatio præstanda vel facienda est, integra res æstimari debet. Ratio autem est, quia si rei dimidium æstimare vellemus, vtiq; valde minoris æstimationis esset, quam si integra res æstimetur, vt est text. in l. Meuius. §. fin. ff. famil. ercis. & est gloss. notabilis, vbi tradunt etiam Doct. in l. 1. C. Commu. diuidun. & Salyc. in l. fin. C. de iure dot. & optime facit illud, quod notat Barr. in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. & Felyn. in d. c. cum causam, colum. fin. & hoc late declarat Petrus Rebuffus in d. l. vnica, nu. 496. vbi multis subsequenter numeris, quomodo probetur interessè, declarat.

CAP. CLXXXIV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatio determinati temporis, sufficit, si probetur æstimatio, quæ anno præcessit in rebus immobilibus.*

Adnotat † præterea Petrus Rebuffus in d. l. vnica, numero 509. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. quod si probari non potest æstimatio alicuius determinati temporis, satis esse si in rebus immobilibus æstimatio, quæ per annum præcessit, probetur. Ratio autem est, quia in eis æstimationem durare præsumitur, sed dicitur præsumptiua probatio: Id tamen arbitrio iudicis relinquere, an scilicet durauerit, vel non durauerit, cautius esse arbitratur, nisi pars aduersa pretij mutationem probare velit, ob bellum, sterilitatemque, vel alia quauis de causa, vt dixit Cynus in authent. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. & Alexand. in l. in lege Falcidia hoc seruandum. §. si. ff. ad legem Falcid. & late tradunt Doct. in cap. 1. extra de emptio. & venditio.

CAP. CLXXXV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatores vt recte æstimare possint, quam diligentiam adhibere debeant.*

Æstimatores, † seu vt nonnulli dicunt, arbitratores: qui bonis & rebus æstimandis adhibentur, vt inquit Bertran. in cons. 150. nu. 3. vol. 2. per ea, quæ tradit Salyc. in l. fin. in 7. quest. versi. aut est arbitrator rei, quæ requirit informationem. C. de contrahen. emptio. cum recte & iuste ac vere rerum & bonorum pretium & æstimationem elicere non possint: sine aliqua rei cognitione tam substantiæ quam qualitatis: nec non etiam fructuum perceptionis, & an libera sint, vel seruitutem habeant, quibusve oneribus sint subiecta, vt partes ad eos informandos compareant, mandare ac præcipere debent: Vnde manifeste apparet, ad hoc vt æstimationes veræ, & iuste ac recte sint, satis non esse quod aliarum rerum substantiæ notitiam habeant, etiam si eiusdem vel consimilis substantiæ sint, notitiam habeant: Nam cum inter se differant in substantia, possunt etiam in qualitate differre & oneribus maioribusq; prouentus aut redditus esse, & plures vel patiores fructus ferre: & ideo debent illi, qui bona immobilia æstimant, nisi prius eorū integram & veram notitiam habeant, ad ea accedere debent, ea inspicere ac diligenter & mature considerare, argumento l. si irruptione. ff. fin. regund.

CAP. CLXXXVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatio, valor & pretium bonorum, vt vere habeantur, non detent de aliis bonis capitula fieri, sed eorundem.*

Æstimatio, † valor & pretium bonorum & rerum ad hoc vt recte ac probe, vereq; habeantur: non de aliis prædiis & bonis alibi sitis articulari & probari debet, sed de iis, de quibus tractatur: nec etiam de eorum prætenfa æstimatione, valore aut pretio alterius temporis. Vt inquit Bertran. in d. cons. 150. volum. 2. & ideo dixit Marian. Socin. sen. in cons. 24. num. 47. vol. 1. ex temporum varietate & cursu æstimationem & pretium quoque variari, vt ipla experientia docet, & habetur in d. l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. Nam quandoq; crescunt, quandoque vero valde minuuntur.

CAP. CLXXXVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatio minor ratione temporis quandoq; fit.*

Quoniam debent, vt vidimus paulo ante, multari, ad hoc vt verum pretium, valor & æstimatio bonorum ac rerum æstimandarum habeantur: merito dixit Alba in cons. 4. num. 45. † respectu temporis minorem æstimationem faciendam esse: vt puta exempli gratia, si res, quæ venditur aut in solutum datur, tunc non detur, sed post aliquod tempus, vt puta post mortem venditoris vel debitoris, quia fortasse sibi vsum fructum referuent: Nam in hoc casu venditio vel donatio, aut in solutum datio, multo minoris æstimationis sunt, quam si ab initio tempore venditionis, donationis

tionem vel dationis in solutum in emptorem, donarium, vel in solutum recipientis transferatur: Nam plus vel minus ratione quoque temporis dici solet. §. *plus autem*, *Instit. de actio.* & l. 1. ff. *de dote prelegat.* & in specie de æstimatione respectu temporis, est text. in d. l. *pretia rerum*, versic. *nec expectandum*. ff. *ad l. Falcid.* & *facid illud*, quod dixit gloss. in l. *cum ij*, in princip. ff. *de transact.* & *ampliat multis modis Ias. in l. naturaliter*. §. *nihil commune*, numero 103. ff. *de acquir. possess.*

CAP. CLXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Æstimationis minoris est venditio ad vitam.*

1. **M**inoris præterea æstimationis est venditio, quæ ad vitam alicuius, seu pro tempore quo quis vixerit fit: Et ideo dixit Fabianus de monte in suo tract. *de emptione & venditione*, subsistere huiusmodi venditiones, si detur congruum pretium inspecta rei qualitate, & ementis ætate, *vt declarat Dynus in l. si pater puella. C. de inoffic. testamen. & Cynus in l. cum lege. C. de usur. & tradunt recentiores, vt ibidem refert Fabianus in d. l. de fideicommissio. C. de transactio.* & idem de emptione & venditione annorum fructuum, vt inquit Cagnol. in d. l. 3. num. 170. *C. de rescind. vendit.* Et ideo, vt inquit Socin. in tracta. *regul. & fallentia. in regul. 531.* æstimatio diligenter inspicere debet: nam licet regula sit, quod venditio ultra dimidiam iusti pretij non subsistat. *d. l. 2. C. de rescind. vendit. cum similib.* pluribus tamen modis limitatur: Et primum, quando in instrumento dicitur, quod quis rem vendidit certo pretio, puta centum aureorum, illud vero plus, in quo pretium prædictum excederet, dare & donare ipsi emptori, vt voluit Bartol. in l. *si quis cum aliter. ff. de verborum obligat.* Et id inquit Socin. *ibidem*, in eo quoque loco habere, qui rei veram æstimationem & pretium ignoraret, vt notat Bart. in d. l. 2. col. 4. *quem sequitur Bal. in l. cum filius. §. pater. ff. de leg. 2. & idem tenent Imola in c. cum contingat. extra de iureiur.* Et Petr. Anch. & Innoc. eodem in loco, id verum esse æstimantes, si in ipso instrumento dicatur, & illud plus quantumcunque sit, propterea quod in eo casu propter illud verbum, quantumcunque, cessat remedium d. l. 2. vt ibi latius ipsi prosequuntur, & idem inquit Socin. in d. l. *fallentia*, voluisse Guilhelm. in l. *si tibi decem*, in prin. ff. *de pact. vbi notat rex. in l. fin. §. idem quasiuit*, vbi Bar. ff. *de condict. indeb.* & Bald. in rub. *C. de contrah. emptio.* Pantaleon vero in d. l. 2. nu. 57. *C. de rescind. vendit.* contrarium de iure verius arbitratur, vbi cunque læsus in contractu ignorans rei pretium & æstimationem dixerit rem ipsam vel bona certo & determinato pretio emere, addendo illa verba, quod quando maioris æstimationis vel pretij essent, illud plus emptori donaret: nam tunc licet illa verba, & si plus est donat, quid modicum emptori donare intelligantur, *l. cum filius. §. pater. ff. de leg. 2. vbi notat gl. & est text. expressus in l. hæc adiectio. ff. de verbor. signific. & notatur in l. cum furti. ff. de in litem iuran.* Attamen quando ignorat veram æstimationem, & iustum rei vel bonorum pretium, illud in quo plurimum lædebat, remittere non intelligitur, cum liberatio ad incognita non extendatur. *l. cum Aquiliana. ff.*

de transact. & l. mater decedens. ff. de inoff. testam. & ita inquit tenere Bartol. in d. l. 2. col. 3. & sequen. vbi inquit aliter si iustum pretium & veram æstimationem sciat, vtique dicendum esse, & idem sequitur Bald. in d. l. 2. col. 6. in fi. in 7. *questio. quem refert & sequitur Paul. Castrenf. in d. l. 2. col. 2. versic. sexta conclusio.* Id tamen eodem in loco limitat Pantaleon, nisi læsus dixerit, *Et illud quod maiores æstimationis est, remitto, vel totum remitto*: Nam tunc ob illa verba *omne totum*, & quicquid saltem generaliter de rei & bonorum pretio & æstimatione cogitasse videtur, propterea quod in generali liberatione de re saltem in genere cogitare satis est, vt notat Bartol. in l. *sub prætextu specierum. C. de transact.* et si Bald. eadem ratione non moueatur, sed per rex. in l. *qua extrinsecus*, in versic. *neorursus. ff. de verbor. oblig.* Sed talem versiculum in ea l. non inueniri attestatur idem Pantaleon, & ideo rem ad practicam reducendo inquit in hac extensione Bartol. & Bald. prius illud modicum detrahendum esse, quod emptori donatum censetur: deinde vero in eo quod superest, læsio enormis locum habeat *d. l. 2. C. de rescind. vendit.* prout etiam confirmat Salycet. *ibidem*, col. 7. *quest. 8.* qui hanc conclusionem sequitur, cum ea tamé declaratione & extensione, vt illud modicum quod censetur donatum vel remissum illis verbis, iudicis arbitrio liquidetur: qui quidem iudex debet, an eo quod superest deducto ad requisitam læsionem ascendat. Verum si illud, quod superest eo modico secundum prædicta deducto esset dimidium tantum iusti pretij, aliter dicendum esset. In hoc tamen casu subdit ipse Pantaleon, si species daretur, valde cogitandum censere, & ideo quatenus pertinet ad dictam l. 2. Bal. & Salycet. in locis *relatis*, vt remissio illius quod superest ita fiat. Et sciens rei valorem, pretium vel æstimationem ipse venditor, illud totum & quicquid pretium solutum excedit, remittit & donat ipsi emptori. Ratio autem est, quia in eo casu secundum eos iustum valorem, pretium remittere & æstimationem præsumuntur illi, qui ita disponunt: & ideo illa scientia qualiscunque sit, etiam præsumpta, venditionem à beneficio d. l. 2. excludit, ea ratione quod pretium & æstimatio sit iusta: & ideo facit ad rem nostram quod æstimatio illius pretij deductis donatis iuste, recte & legitime facta sit. Præterea hanc declarationem & cautelam tenuit etiam Bart. in d. l. *si quis cum aliter. quest. fin. & 4. col. fin.* dum probandum quod ignorans rei pretium & æstimationem, quid tantum modicum remississe intelligatur, adducit text. in l. *si libertus ita*, in si. *prin. ff. de oper. libert.* cum ibi verba generalia solum quo ad modicum præiudicium afferant. Et si fortasse illud ibidem ideo esse dici possit, quia verba illa generalia in patronum collata erant tanquam in arbitrium boni viri: quod tamen aliter in his terminis se habere videtur, cum ex forma verborum venditor libere & absolute vendere appareat. Ad hoc ultra prædicta refert ea, quæ notantur in l. *si de mex. §. recepisse. ff. de arbitr.* vbi expresse dicitur arbitratores quid modicum auferre partibus posse de iure ipsarum partium, & alteri parti assignare, & de hoc late habetur in l. *sciendum. §. arbitratorum. ff. pro socio.* Hanc extensionem & declarationem Bartol. Bald. Salycet. & Castrenf. vt supra declaratam firmavit iterum antea Bald. in l. *cum filius. §. pater per illum. ff. de*

ff. de leg. 2. & Anch. & Imola in c. cum causam, extra de emptio. & venditio. & Imola in c. cum contingat, extra de iureiuran. voluit idem Bart. post Guil. in d. l. si tibi. ff. de pact. & facit text. in l. fin. §. idem quaesit, & quod ibi notat Bart. & sequuntur alij ff. de conduct. in deb. & illud, quod dixit Bald. in rub. in quest. 12. C. de contrahen. emptio. & tradit Alex. in l. si quis cum aliter, colum. 6. ff. de verbor. obligat. vbi fundamentis Romani & Imolæ contra Bald. & eius fautores responder: Verba semper in qualibet dispositione ita intelligenda esse, vt aliquid efficiant & inducant, argumento l. si quando. ff. de leg. 1. Imo nulla syllaba, vel dictio sine ministerio & causa appositæ censetur, vt voluit gloss. notabilis in l. 1. ff. quod met causa. & Bald. late in rub. C. de contrahen. emptio. Vnde est, quod Bartol. & alij voluerint huiusmodi verba, quod multa plus est, in illo modico donationem non inducere. Alii vero dicunt donationem non inducere, sed potius ad dubitationem seu ambiguitatem reiiciendam, quam ad donationem inducendam adiecta esse, & ideo nihil efficere, argument l. qui mutuum. ff. de mand. & l. hæc stipulatio. ff. vt legat. nomi. cauea, Subdit tamen Pantaleon in d. l. 2. num. 61. prædictos, quatenus loquuntur de ambiguitate tollenda, nõ recte loqui, propterea quod verba dubia in præiudicium preferentis intelligi & interpretari solent. l. veteribus. ff. de pac. Alii vero dicunt horum verborum effectum ad magnam quantitatem non extendi, cum verum rerum & bonorum prædictorum pretium & æstimationem ignorasse præsumantur, cum citra dimidium iusti pretii vendiderint, vt inquit gl. notab. in l. quisquis. C. de re. vendi. vbi Bar. notat, & tradunt Specul. & Ioann. Andr. in titul. de empt. & vendit. §. nunc videndum, versicul. quid si adiciat, & c. Iura vero contraria tunc procedere, quando est simplex venditio: secus vero si in instrumento prædicta vel simili clausula adiciatur, propterea quod tunc saltem in genere de iusto ac vero rei pretio cogitasse videntur. Et ideo Pantaleon, Bartol. declarationi & sequacium inhærendum esse arbitrat. Boerius autem in quest. 143. numero 2. volum. 1. inquit Baldus in l. 2. C. de repud. hered. voluisse, vt si res sit pro parte vendita, pro parte vero donata, contractus ille in fraudem celebratus censeatur, & eum sequitur Abb. Sicul. in capitul. fin. colum. 4. versicul. quarto simulatio præsumitur, extra de alienatio. iudi. mutan. causa facta. & Afflic. in l. sancimus, columna 2. versicul. item dico quod si venditur terra, & in versicul. item præsumitur donatio. & in versicul. eodem modo dico, quod si res pro parte venditur, de iure prothomis. & refert etiam Bald. in quodam suo consil. incipiente, probandum & ostendendum, quod ita incipere non inueni. Verum redeundo ad illud, quod supra de venditione & emptione ad vitam dicebamus, quod scilicet sit minoris pretii & æstimationis: & ideo æstimatores qualitates rerum & bonorum æstimandorum diligenter considerare debere: confirmatur illa conclusio, vt infra ex sequenti capite dicitur.

CAP. CLXXXIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Debitoris nomen minoris quam sit, emi potest.

Comprobatur præcedens conclusio emptio-
ne nominis debitoris, vt dixit glo. & sequitur
Bartol. in l. per diuersas. C. manda. vbi dicunt, nomen
debitoris minoris quam ipse debeat emere licere:
id autem ideo est, quia labor & expensæ, quæ in de-
biti exactione necessariae sunt, inspicere & attendi
debent, vt voluit Petrus Ancha. in c. peccati, quest. 15.
Propterea quod est eadem natura nominum debi-
torum & aliarum rerum, quæ in commercio no-
stro sunt. Et ideo inde infert Anch. quod si nomen
alicuius debitoris 300. forte aureorum ducentis
& quinquaginta vendatur, illam pretii diminutio-
nem vsuram non inducere, vt inquit Alex. de Ne-
uo in consil. 95. num. 3. & num. 25. vbi iterum vult, vt
iustum pretium dicatur habita ratione expensarum,
laborum & dubii euentus litis, vt notat gl. ma-
gna, in d. l. per diuersas, quam sequuntur Doct. omnes, &
facit illud, quod habetur in l. Lucius. §. si. ff. ad Senatuf-
consul. Trebel. & in l. si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig.
& in l. 2. C. de rescind. vendit. & in l. quod si nulla. ff. de ha-
red. vel actio. vendita. Nemo enim (ni fallor) nisi sit
demens, reperietur, qui pro actione ad centum
competente, totidem centum dare velit, & se in du-
bio exigendi constituere: & ideo in æstimando ius-
tum pretium, hæc maxime consideranda sunt. At-
tenditur etiam persona cedentis, vt si forte sit mu-
lier, vel alia humilis persona & egena vel pauper,
an illa actio esset inutilis: quia ex ea nunquam fuis-
set aliquid consequutura: nam in eo casu iusto pre-
tio vendita censetur, etiam si multo plus consequi
possit, & id propter incertitudinem dubii litis euen-
tus, vt habetur in d. l. si ea pactione, & in l. si ea lege. C.
de vsur. & idem voluit Bald. in d. l. per diuersas, quest. 12.
& Specul. in titul. de cessio. actio. §. 1. versicul. 23. oppo-
sit. ad præmissa.

CAP. CXIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Emptio prædij Ecclesie tenendi toto tempore sua vita
viliori pretio ob incertitudinem vite substat.

Comprobatur ex iis, quæ dixit Laurentius de
Rodul. in suo tractatu de vsuris, in c. consulti. 15.
questio. dum quaerit, an si quis ab Ecclesia aliqua
prædia certo pretio tenenda toto tempore vite sue
emat, & deinde ad Ecclesiam redeant, an talis em-
ptio subsistat etiam quod ob vite longitudinem ex
fructibus multo plus quam emerit consequatur.
Vbi etiam infert ad aliam quaestionem de eo, qui
ab Ecclesia prædium aliquod receperit, & eialud
æquiualens dederit: immo etiam si illud, quod ab
ecclesia accepit, induplo fructus sui excedat, illo ta-
men pacto adiecto, vt dum vixerit, vtroque prædio
fruatur: cum autem decesserit, ambo ad ecclesiam
reuertantur, huiusmodi contractum licitum &
permissum esse: nam dicit esse contrariarum, qui
à iure approbatur: Immo inquit quod si velit præ-
dium suum tunc in ecclesiam transferre cum hoc,
quod eo ecclesia non vtatur, nec fruatur, posse ab
ecclesia recipere prædium, quod triplo excedat.
capit. precarie. 10. questio. 2. vbi tradit etiam Archid. post
Hugo. & comprobat hanc conclusionem per text. in cap. ad
nostram, extra de reb. eccles. non alien. vbi summus
Ponzi-

Pontifex ideo contractum illum rescindit, non quod plus ille, qui ab ecclesia accepit, sit percepturus, sed ratione læsionis excedentis. Idem quoque dicitur de iis, qui ad vitam suam fructus emunt certo pretio: & ideo dicit ibidem Laurentius inspiciendam esse personę qualitatem & ætatem, & tunc arbitrari iustum vel iniustum pretium, *vt dicit etiam Hostiensis in summa, in titulo de usuris. §. in aliquo casu, versicul. 12.*

CAP. CXCI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Venditio durante vita alicuius, minoris æstimationis est quam libera.*

Concordat cum prædictis illud, quod dixit Ias. *in l. si pater puella, numero 8. C. de inoffic. testamen.* † de eo, qui emit fructus alicuius fundi ab aliquo monasterio annuos, dum vixerit, fortasse mille aureis, & diu vixit ita vt tot fructus perceperit, quod ad eisdem mille aureos ascendat, & sic suum pretium ex ipsis fructibus perceperit: an talis contractus sit licitus, vel usurarius. Subdit Ias. ex eo text. colligi contractum illum esse permissum & licitum. Ratio autem est, vt ipse dicit, quia lucrum erat incertum. *cap. nauiganti, & cap. consuluit, extra de usur.* Poterat namque primo anno deficere. *facit ad hoc text. in l. si ea lege. C. de usur.* Patet igitur illam incertitudinem pretium minuere, ita vt huiusmodi redditus annuus habito respectu ad incertitudinem & ætatem ementium æstimari debeat: & ideo hæc de re dicebant Doct. ita distinguendo: Aut emptor tempore contractus erat adeo iuuenis, vt viximiliter ad eam ætatem peruenire posset, vt esset multo plus quam impenderet percepturus, iuxta regulam & calculationem traditam in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. & tunc dicunt Doctores illam emptionem esse usurariam, nec valere, sed emptorem in foro conscientię teneri, propterea iusto pretio emisse non videtur: Si vero res aliter se habeat, & sit illius ætatis, vt verosimiliter eum ultra pretium solum quicquam non esse percepturum constat, & tunc vt ille contractus non subsistat, & non sit usurarius, dicendum est, & ideo Theologos ita tenere dicit. *De hac conclusione tradunt Cynus, Bald. Angel. & Salyc. in d. l. si ea lege. C. de usur. & Innocent. & alij in capit. in ciuitate, extra de usur. & Ioann. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de usur. super rub. Laur. de Rodul. & Florian. in capit. consuluit, in 2. part. quest. 15. extra de usur. & Paul. Castr. & Alexan. in l. de fideicommissio à patre. C. de transact. & Ludou. Rom. in cons. 424. pro pleniori discussione, in 3. dubio, in fine.*

CAP. CXCVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Emere potest quis ad eius vitam prædium magni redditus, & proventus modico pretio.*

† Hinc etiam dixit Angel. *in d. l. si pater, numero 2. C. de inoff. testam.* † ad vitam suam sine peccato usurarum posse quempiam emere prædia magni proventus & redditus modico pretio: eadem sci-

licet ratione, quod quousque viuat, incertum est, & propter illam incertitudinem contractus subsistet, prout dicitur de eo, qui iactum retis emit. *l. si iactum retis. ff. de actio. emp. & vend.* Idem quoque iterum tradit Ang. *in l. si ea lege. C. de usur.* de eo qui emit prædium magni proventus paruo pretio ad suam vitam. De hac quoque re loquitur Bertran. *in consilio 106. num. 1. volum. 3. & ponit, si fortasse ad rationem 10. pro centum 14. ematur, & considerat etiam ipse ad iustum pretium constituendum & æstimandum illas qualitates.* Idem tenuit etiam Franc. Curt. *in d. l. de fideicommissio, num. 2. C. de transact. & Raphael Cuman. in cons. 81. num. 3. & Hippol. Marsil. in rub. de probatio. numero 408. & 409. & vim facit potissimum in incertitudine.*

CAP. CXCVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatur minus domus vel prædium, si seruitutem habeant.*

Qualitas † etiam seruitutis domum vel prædium minoris æstimationis & pretij facit, vt inquit Laur. Rodul. *in suo tract. de usur. in 3. part. principali, numero 54.* dum expresse vult, vt si domus vel prædium seruitutem debeant, minoris esse æstimationis & pretij, quam si liberum vel libera esset, prout etiam minoris æstimationis & pretij illa res est, quæ minus caute emitur, quam illa pro qua vere est secure cauetur.

CAP. CXCVIIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Prædium cum pacto de retrouendendo est minoris æstimationis.*

Prædium † venditum cum pacto de retrouendendo, minoris æstimationis & pretij esse intelligitur, cum sit pars pretij, vt inquit Marian. Socin. *iun. in consil. 94. num. 25. volum. 3. l. fundi partem, vbi notat Bald. & sequuntur alij. ff. de contrahen. emptio. cum concordantibus. & tradit Maria. Soc. sen. in cons. 15. vixis prædictis, num. 35. volum. 1.* Cum igitur huiusmodi pactum rem minoris pretij & æstimationis reddat, quod veri pretij pars dici possit, ex consequenti necesse est, id quod etiam de pacto conferuandi indemnitate dicendum est. Præterea quod pactum de retrouendendo, reddat rem minoris pretij & æstimationis, tenuit Abb. & sequuntur alij *in d. cap. ad nostram, extra de emp. & vend.* intelligitur tamen de magna summa, vt colligitur fortasse ex dictis Abb. & aliorum ibi, vt inquit etiam Socin. *iun. in cons. 104. num. 7. cod. volum. 3.* Præterea quod pactum de retrouendendo, sit pars pretij, tenent Doct. omnes *in d. l. 2. C. de pact. & tradunt Ias. Soci. & Ripa in l. 1. §. si heres. ff. ad Senatusc. Trebell.* Quantum autem pretij capiat huiusmodi pactum, in iudicis arbitrium remissum videtur, qui videtur declarare debere ascendere ad tertiam partem, parum minus, vt animaduertisse videtur *in cons. 15. col. fin. & late Tiraquel. in tractat. de retract. conuentio. in præfatio. num. 20. vers. quartum. id quod refert etiam Didac. in tract. varia. resolutio.*

lib. 3. cap. 10. & lasin cons. 154. vol. 4. & Rolan. à Vall. in cons. 58. n. 11. vol. 4. & n. 15. & Neuiz. in cons. 88. n. 4. Soc. iun. in cons. 94. num. 15. vol. 3. & in cons. 104. num. 6. eod. vol. 3. & Cephal. qui multos refert, in consil. 261. num. 8. & 9. vol. 2. & Gozad. in l. si fundum, nu. 8. C. de pact. inter empt. & vend. & Decianus in cons. 2. nu. 169. vol. 1.

CAP. CXCIV.

ARGUMENTVM.

Æstimatio vsusfructus quomodo fiat.

SUMMARIUM.

- 1 Æstimationis minoris est venditio vsusfructus.
- 2 Vsusfructus licet statim per mortem emptoris extinguatur, ex capite læsionis retractari non debet.

Idem ꝑ quoq; dicitur de venditione vsusfructus, vt inquit August. Berous in cons. 99. num. 10. volu. 1. Nam licet statim ꝑ mortem emptoris vsusfructus extinguatur, attamen ex capite læsionis restitui non potest: prout etiam est, cum quis emit fructus ex aliquo fundo nascituros: Nam etiam quod deinde non nascantur, emptio & venditio subsistunt: nec vilo læsionis prætextu rescindi possunt. Idem vt supra retulimus, dicitur de iacturæ, seu captu piscium, vel auium, aut missilium. Nam licet pisces, aues vel massilia non capiantur, subsistit tamen emptio & venditio: & integrum pretium conuictum venditori debetur, pro pte qd spes illa capiendi, emptæ & venditæ intelligitur. l. nec emptio. §. 1. ff. de contrah. empt. & l. si iactum. ff. de actio. empt. Et ideo etiam quod tenui pretio venderentur, venditio subsistit, propterea quod natura rei venditæ & legis dispositio id efficit, iuxta quas contrahentes cõtraxisse censentur. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. Idem etiam dici potest de text. in l. si fistulas. §. frumenta. ff. de actio. empt. dum ibi habetur, si quispiam certo pretio frumentum quod adhuc herba est, emerit: si deinde aliquo fortuito casu, cõsueto tamen, vt frumentum corrumpatur acciderit, vnde emptor nihil collegerit, emptiõnem non rescindi, sed illud damnum ad ipsum emptorem pertinet: licet tali casu non obstante ipse emptor in integrum pretium venditori soluere teneatur. & ratio est quia spes vendita fuit. Redeundo igitur ad rem nostram debent minoris huiusmodi res in huiusmodi venditionibus comprehensis extimari ad hoc, vt quid sit vera æstimatio, vel pretium, scire possimus.

CAP. CXCVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatio facta ab arbitratoribus, censetur facta.

Pro prædictorum perfectione, & vt omnia supra dicta dubia aliquo termino concludantur, ꝑ vt quænam sit iusta æstimatio sciamus; illud firmandum est, vt inquit Socin. sen. in cons. 69. nu. 2. & nu. 15. vol. 4. & voluit Dynus in cons. incipiente, Tholo. meus Marentis. & Ioan. And. in addit. incipiente, Dynus in regula, allegat text. in l. ab ea parte. ff. de probatio. & ponit Bal. in l. fin. C. de contrahen. emptio. & præsertim si nulla pender, aut mouetur reclamatio, vt voluerunt Abb. & Butt. in c. quoniam contra, extra de probatio

CAP. CXCVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Æstimatio possessionis, & æstimatio dominij, inter se differunt.

Mittendum præterea non est, ꝑ æstimationem possessionis, & æstimationem dominij inter se differre, vt inquit las. in §. ex maleficiis, nu. 74. Infit. de actio. & est text. in l. si duo. §. fin. ff. vti possid. & in l. si mulier, num. 3. ff. quod met. caus.

CAP. CXCVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Vicini melius quam alij res vicinas, & earum pretium & æstimationem, scire præsumuntur.

Quoniam supra de æstimatoribus multa diximus, pro faciliiori prædictorum intelligentia & declaratione adnotandum est, eos videri in æstimatoribus eligendos esse, qui rebus vel bonis æstimandis proximiores seu viciniore sunt, propterea quod cõ vera æstimatione vel pretio dictarum rerum vel bonorum tractetur, proximiores vel viciniore maiorem rerum & bonorum vicinorum quam alij remotiores notitiam habere dubium nõ est, cum de iure vicini ꝑ res vicinas melius scire præsumantur, vt inquit Bald. in d. l. 2. numero 27. versicul. & scias. C. de rescind. vendit. dum inquit: Et scias quod æstimatio rerum in mobilium melius probantur à vicinis quam ab aliis, qui res vicinas & facta vicini melius scire præsumuntur. l. 1. ff. de flumin. Et ideo æstimationem vel pretium quod ipsi declarauerint iustum & verum esse præsumitur, vt habetur in l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. & tradit Matth. de Afflic. super feud. cap. 1. §. similiter. num. 25. de capit. Contra. libro 3. Et ideo dixit gloss. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. venditiones vicinorum agrorum locorum vicinorum æstimationem & pretium probare. Vicini autem illi dicuntur, qui eiusdem villæ sunt. l. §. hoc autem. vbi tradit Bartol. ff. ad Senat. cons. Syllaria. & rursum idem Bartol. & melius in l. tertius. ff. de aqua pluuiæ arcen. & Petrus Anchar. in capitul. canonum statuta, in versicul. vltimus quia in statutis, extra de consuet. & iterum Bartol. in l. fin. vbi etiam idem sequitur Alexan. C. de his, quibus vt indign. & Alexan. in consilio 21. volum. 4.

CAP. CXCIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata à Iudice secundum æstimationem, vel prætextu æstimationis factæ ab ipsis æstimatoribus tanquam in arte peritis electis super rei æstimatione vel pretio, nunquam transit in rem iudicatam, quin æstimatione aliorum peritorum retractari possit.

Sententia ꝑ vero lata prætextu æstimationis ab his æstimatoribus tanquam in arte peritis electis à Iudice lata de æstimatione vel rei pretio, aun-

nunquam ita transit in rem iudicatam, quin semper ex aliis in arte peritorum dictis vel æstimationibus retractari possit, si fortasse contrarium vel diversum sentiant, *vt dixit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de homici. §. penult. vers. pone, an vulnerauerit B.* Et ratio est, quia talis sententia ex veris probationibus lata non dicitur, sed privilegiatis, videlicet per verbum, *credo.* Hoc dictum sequitur Ant. But. & alii cõmuniter *in d. c. proposuisti, extra de probatio. & Bal. in l. si ab hostibus. §. vir. ff. solut. mat. & notat. Ang. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de adilic. adicto. vbi id adnotat & commendat plurimum Floria. in l. si dominus seruum. cum l. sequenti. ff. ad l. Aquil. & Lud. Rom. in l. admonendi, col. 11. vers. septimus casus. ff. de iureiur. & tradit copiose Iasin ead. l. admonendi, vers. adde vltra alios.*

CAP. CC.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Extimatores de veritate iurare non tenentur, sed de credulitate.

INEO autem consistat eorum fauor, quod de veritate ꝛ iurare non tenentur, sed solum de credulitate, & ita procedant glos. quas supra illi retulerunt, qui eos iurare cogi non deberi existimarunt. Ratio autem est, quia cū huiusmodi extimationes iudicio potius intellectus quam sensu corporeo comprehendantur, *vt dixit Bar. in d. l. 2. colu. fin. C. de rescin. vendit.* vtiq̃ vt errent & decipiantur, facilitate accidere potest: Et ideo si ad huiusmodi veritatis iusturandum non cogantur, mirum nõ est: aperiretur enim eo modo ad periurium via. de credulitate, tamen iurare cogendi sunt, *vt inquit Pantaleo in d. l. 2. num. 298. C. de rescin. vend. & est tex. in c. fraternitatis, vbi tradit glos. 2. extra de frigid. & malefic.* Hæc quoq; declarationem posuit Barto. *in proæmio ff. or. in prin. col. fin. quam ibidem sequitur Bald. in 3. colu. & Hostien Ioan. And. & alij in d. c. fraternitatis, & Panor. in c. proposuisti, col. fin. extra de probatio. & oprime Ang. in l. si vacantiã. C. de bon. vacant lib. 10. & Ioan. de Anania in c. significasti, il secundo, extra de homicid.* Et ex his inquit Pantaleo tolli illud, quod dixit Bald. *in d. l. hac edictali. §. his illud, col. 2. C. de secund. nupt.* dum censuit in terminis nostris æstimatorum iudici de veritate referre posse: Et ideo inferebat eosdem quoque de veritate iurare debere, Verum stantibus prædictis huiusmodi Bald. illationem non subsistere, & ideo iure optimo reprobari, manifeste apparet, cum de iis tractemus, quæ sensu corporis nõ percipiuntur, vt puta visu, auditu, gustu, odoratu & similibus; quibus homo quilibet certus reddi potest: sed de his qui solo intellectu iudicio percipiuntur, in quibus si de credulitate deponatur satis est, *vt in locis supra relatis notant Bar. & Ang.* Inferunt præterea etiam ex prædictis ad Doct. qui scholares ad subeunda examina præsentant, & ad doctoratus insignia capiendã: Nam tales Doctores quod scholares illi, quos præsentant, sint verè docti, p̃robare non tenentur, & sic de veritate, sed de credulitate, *vt inquit Bartol. in d. proæmio ff. in prin. colu. fin. & Panor. in d. cap. proposuisti, colu. penulti.* Standum nanque est assertioni Doctorum de peritia suorum scholarium deponentium, *vt voluit glos. in cap. omnis etar. 12. quæst. 1.*

Ang. tamen *in d. l. si vacantiã, colu. 2.* vt tales Doctores de veritate iurare teneantur, verius existimauit: Quod sane si obseruaretur, inquit ibidem Pantaleo, tot imperiti Doctores, prout his temporibus reperiuntur in magnum Pontificiæ Cæsareæque disciplinæ dedecus, ex ipsis examinibus non prodirent.

CAP. CCII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatorum electio, ad quos spectet.

VIDIMUS supra de electione æstimatorum, propterea quod vt inquit Pantaleo de Crema *in l. rem maioris, num. 298. C. de rescin. vendit.* ꝛ æstimatorum aliquando in bonorum æstimationibus non conueniunt; merito illis discrepantibus, ad quos aliorum, seu tertii electio spectet, inspiciendũ est. In hac ambiguitate Bal. *in d. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt.* ita distinguit. Aut loquimur de arbitris, qui iuris forma obseruata procedunt, *vt habetur in l. 1. ff. & C. de arbitr.* & tunc illimet, qui discordant tertium eligere solent & eius dicto statur, *vt est casus in l. item si vnus. §. principaliter, vbi Bart. declarat. ff. de arbitra.* Si vero loquimur de arbitratoribus, qui horum æstimatorum magis similes sunt, vel arbitratores appellantur & partes sunt: merito ipsi tertium eligere debent. Nec obstat quod Iudex etiam in eorum electione interueniat, quia solum vt coadiutor & compulsor interuenit, non vt elector. Et sic colligitur ex dictis Bal. ius eligendi hunc tertium ad hæredem non pertinere. Dicit tamen eodem in loco Pantaleo contrarium verius ea potissimum ratione censere, quod Iudex a principio omnes hos arbitratores seu æstimatorum eligere poterat, & hoc idem inquit voluisse Salyc. *in d. l. 2. in quæst. 20. colu. 14. C. de rescin. vendit. & Aret. in §. si quis agens. col. 3. Instit. de actio. & Alex. in d. l. pretiareum, post Ang. ibi.*

CAP. CCII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatorum si non seruata forma iuris communis vel municipalis eligantur, extimatio in actis relata nulla est.

ÆSTIMATORUM ꝛ si non seruata forma iuris communis vel municipalis, eorum in actis relatio nulla est. c. cum dilecta, extra de rescript. Formæ nanque omissionem, actum vitare certum est, etiam si a rustico per errorem omittatur, *vt inquit Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & tradit Decius in cons. 84. colu. 2.* Et id procedit etiam in actu fauorabili, vt iterum dixit Bal. *in l. omnes populi colu. 2. ff. de iustit. & iure. & in authen. offeratur. colu. 1. in vlt. notab. C. de litis contestatio. & quod plus est, etiam si tractetur de fauore piæ causæ, vt voluit Neniz. in cons. 77. num. 1.*

CAP. CCIII.

Argumentum est in Summario.

§ 3

SUMMARIUM.

S V M M A R I V M.

I *Æstimationibus factis de iudicis mandato standum est, & ab eis non est recedendum.*

Illud etiã omittendũ non est, æstimationibus factis ab æstimatoribus de mandato iudicis, & seruata forma iuris tam communis quam municipalis, electis standum esse, & ab eis recedendum non esse, vt inquit *Bar. in l. i. C. de ponder. lib. 11. & Roman. in consi. 104.* Et talis æstimatio vel p̄terium ab æstimatoribus à partibus electis declaratum iustum dicitur ac verum: immo omnem fraudis vel doli suspicionem excludere videtur. *l. si fundus, in fin. ff. de pign. & hypothec. & Negusant. in suo tract. de pignor. & hypothec. in 4. parte princip. autoritate Bart. in l. quamuis. ff. de solutio. & Socin. in l. si quis arbitrato, numero 16. ff. de verborum obligatio. & iterum Bart. quem sequuntur alij, in l. sciendum. ff. eodem tit. de verborum obligatio. addentes ad Bar. in dict. c. i. C. de ponder. Ratio autem est, quia censentur à partibus approbati, & ideo eis stādum est. argumento *l. si quis ex testibus, vbi tradit Bald. C. de testib. & tradit Aret. in consil. 83. num. 21. & Curt. iunior in consi. 265. colum. penult.* Potest tamen ab ipsorum æstimatorum relatione appellari, vt tradit. *Bart. & sequuntur Doct. in l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. & Imola in fin. ff. qui & à quib.* Id tamen aliquam dubitationem habere videtur, cum regulariter ab interlocutoria, cuius grauamen potest per appellationem à definitiua reparari, appellari non possit, vt dicunt *Doct. in d. l. arbitrio, & in l. 2. ff. de appellat. recipien. & Ioan. de Amicis attestans de communi, in consi. 128. nu. 4.**

C A P. CCIV.

A R G V M E N T V M.

Subhastatio facta secundũ leges valet, etsi leges postea mutantur.

S V M M A R I A.

- 1 *Lex de æstimationibus loquens & earum formam præbens, si iam lata vna vel duabus sententiis in diuersis instantiis superueniat, in quibus forma deinde tradita obseruata nõ fuerit, an sententia appellationis reguletur secundum formam nouæ legis formam dantis, vel iuxta formam legum existentium tempore, quo præcedentes sententia lata fuerunt.*
- 2 *Iudex appellationis succedit loco primi iudicis.*
- 3 *Modus & ordo exequendi.*
- 4 *Verba in præmio legis appositæ principalem ipsius intentionem & finalem causam ostendunt.*
- 5 *Principalis intentio, non quæ alia secunda causa obuenit, attendi debet.*
- 6 *Iudex appellationis tenetur obseruare, etiam quo ad ordinatoria, leges vigentes, tempore prima & secunda instantia, & quomodo & in quibus id procedat.*
- 7 *Sententia duæ conformes dicuntur & faciunt rem iudicatam, si in vno articulo sint conformes, licet in aliis discrepent: quia quatenus sunt conformes, inducunt per rem iudicatam.*
- 8 *Lex vires suas etiam ad præterita extendens, nunquam comprehendit decisa per rem iudicatam.*
- 9 *Auth. vt cum de appellatione cognos. & declaratur.*

Oritur dubitatio in hac materia æstimationis, an si post vnã vel duas sententias à iudicibus primæ vel secundæ latis, in quibus forma deinde à lege superueniente inducta obseruata non sit, vt puta quia nulla æstimatione præcedente bona quorum subhastatione agebatur, plus offerenti vendenda esse, mandatum sit; Et in speciem magis expresse in secunda sententia, prædium aliquod cuiquam vendendum esse, fueritque ab vno ex creditoribus ab ipsa secunda sententia appellatum, & interim lex aliqua feratur, quæ vel æstimationem faciendã, vel aliam quamlibet formam obseruandam esse disponat, & alii iudices ad quos causa ipsa iure appellationis defertur nullis aliis oblationibus factis, vel illa forma deinde inducta non obseruata præcedentes sententias cõfirmauerint, valeant, necne. Et breuiter vt subsistat dicendũ videtur vt de hoc videatur *tex. tam in rub. quã in ipsa Auth. vt cũ de appell. cognos. dum ibi expresse dicitur: Cum de appellatione cognoscitur, illis inspectis & cõsideratis legibus, pronunciandũ esse, quæ tempore latæ sententiæ obseruabantur: non autem eis, quæ deinde promulgatæ & latæ fuerint.* Et id etiam tunc, quod plus multo est, locum habet, si lex expresse ad præterita vires suas extendat: Quandoquidem, vt ibi dixit *Iac. de Beluisio, Iudex si appellationis loco primi iudicis succedere intelligitur: & ideo secundum ius commune vel municipale, quod tempore primæ instantiæ vigeat, sententiam proferre tenetur: non autem secundum leges deinde prolatas: Alioquin non diceretur primam sententiam vel infirmare vel confirmare, sed nouam proferre: quod quidem nullo modo facere debet. Et ideo post Iaco. de Beluisio dixit ibi *Bart. num. 2. & Ang. in Auth. in medio litis non fieri sacras for. puamplures alij, quos refert Felyn. in c. fin. in 3. limit. prima fallentia, num. 12. extra de consuet.* Et ideo id multo magis dicendum est, si lex noua superueniens de futuris negociis loquatur & disponat: eo nanque casu solum ad futura trahi debet, vt propria est & vera legis ipsius natura. *l. leges. C. de legib. & ita in his terminis dixit Bar. in l. omnes populi, nu. 43. ff. de iust. & iure.* Et licet dispositio d. Auth. vt cura de appell. cognos. intelligatur procedere quo ad respicientia ipsam iustitiam & causæ decisionem: secus vero quo ad ea quæ iudicij ordinem respiciunt, vt ita distinguendo dixit *Guido de Suz. in dict. l. leges. de quo meminit ibi Bal. nu. 2. & Inno. Abb. & Imola. in rub. extra de consue. & glos. fin. in clem. 2. de iudic. & Felyn. qui illam refert, in dict. cap. fin. sub num. 12. versic. intellige hanc limitationem, vt latius in 4. fallentia, num. 22. extra de consuet.* Accedat etiam quod illa lex noua superueniens ordinem iudiciorum concernere videtur, quando ordinem & modum procedendi ad subhastationem tradit, vt puta quod prius fiant estimationes, & successiue oblationes & venditiones seu adiudicationes, vt habemus etiam de iure communi in *l. à Diue. Peo. §. in vend. ff. de re iud.* vbi ordo si & modus procedendi ad executionem habetur videlicet vt prius capiantur mobilia, mox immobilia, & deinde nomina debitorum. Vnde ordinẽ induci notant ibi *Doct. & ideo huic limitationi locum non esse dicendũ non videtur, quando legis superuenientis principalis intentio nõ est inducendi ordinem vt detur pro forma, sed ne debitores grauentur & defraudentur, & vt plura bona alienentur eorum, quæ ad satis faciendum suis creditoribus**

suffi-

sufficere possint: & id etiam sæpe ex verbis processu colligitur, † quæ legis intentionem & causam ostendunt, *l. fin. & ibi notat. Bart. per illum text. de hered. instit. & notatur in l. 1. in princip. ff. ad Senatus. Maced. & Alex. in cons. 7. num. 3. volu. 2. & notant Doct. in l. 1. ff. si cer. pet. vbi. Dec. in 2. lect. nu. 1.* Quæ quidem principalis † intentio, non quæ secundario accidit in qualibet dispositione attendenda est. *l. 1. ff. de auth. tuto. & in l. sed si hoc. in fin. ff. de condit. & demon. & dixit Raynerius de Forliuio in suis proposi. maior. nume. 56. & l. si quis nec causam, vbi late tradunt omnes Doctores, ff. si cer. pet.* His igitur concurrentibus, vt talis lex de respicientibus iustitiam, non autem ordinem loquatur, dicendum est, vt voluit Corn. *in cons. 55. vol. 3. & Negusant. in suo tract. de pign. & hypot. in parte primi membri. nu. 31.* Præterea omittendum non est, ternerii iudicem appellationis, † etiam quo ad ordinatoria, leges vigentes tempore primæ & secundæ instantiæ obseruare, quatenus pertinet ad acta in eis facta, licet aliter sit respectu actorum coram iudice appellationis faciendorum, vel eo coram quo tunc causa agitur: quandoquidē tunc leges deinde latæ & promulgatæ seruandæ sunt, *in inquit gloss. in r. licet canon in vers. de catero, in fi. de elect. l. 6. & in cle. fi. in fi. de iudic. & tradit Bal. in d. l. leges. nu. 3. C. de legib. & est etiam de hoc tex. in l. si. in fi. C. de iur. casum & Alex. in cons. 96. vol. 2. & in cons. 164. vol. 6. & Felyn. qui plura deducit. & hanc esse communem inquit Imola in d. c. fi. sub. nu. 22. vers. hanc fallentiam limita, extra de const.* Imo si primi iudices proferant bona oblatores concedenda esse, etiam quod æstimatio non processerit. Videtur talis articulus decisus & in rem iudicatam transiisse, vbi extat statutum quod duæ sententiæ conformes sufficiant, etiam si illæ sententiæ sunt conformes, † iudicatam rem faciunt, si in vno articulo sint conformes, licet in aliis non conueniant, sed discrepent inter se. quatenus tamen sunt conformes, rem iudicatam faciunt, vt inquit Pau. Castren. *in cons. 163. nu. 2. vol. 2. & Alex. in cons. 77. vol. 2. & Decius in cons. 385. & Ruin. in cons. 114. nu. 3. vol. 5.* Nec dubium est, legem † etiam si expresse suas ad præterita extendat vires, iam decisa, quæ in rem iudicatam transferunt, non comprehendere, vt inquit Bar. *in l. causas. C. de transact. & alia iura concordantia tradunt Doct. in c. fi. extra de constit. vbi Felyn. in 1. fallentia, hanc dicit communem esse opinionem.* Nec etiam obstat quod fortasse obiciatur quod etiã illa re iudicata venditio ex alio capite nulla sit: Quia primo loco respondetur q̄ cum ab aliquo creditorū appellatum à prima vel secunda sententia fuerit, non licuit oblatores illius appellationis, licet iniuste & iniq̄, pendente iudicio aliquid innouare, *tototit. ff. nil. noua. appel. penden. & c. non solum, de appel. lib. 6.* Nec interim legitime impedito terminus currendi, vt est tex. *in l. 1. in fi. C. de ann. excep. & in proposito tradunt Doct. in c. in. ratione, de appel.* Tollitur præterea secundo illa obiectio, quia nec in eo casu lex ad præterita iam finita trahi debet, etsi aliquis eorū effectus deinde in futurū & post ipsam legem latā expectetur, vt est tex. *in l. iubemus. C. de testam. & tradit Ang. in d. Auth. vt cum de appel. cong. in prin. & Felyn. in d. c. fi. in 4. ampliacione, num. 5. & licet contrarium fortasse ex iis, quæ dixit gloss. quam sequitur Abb. in clem. 2. in vers. in posterum, extra de etate & qualit. inferri videatur, ac etiam ex iis, quæ rursus dixit Felyn. in c. fin. in 5. fallentia num. 23. vbi habetur, quod cum*

factum de præterito suam perfectionem expectat & complementum a futuro facto, lex noua deinde superueniens ipsum comprehendit: attamen vt nõ obstat dicendum est, cū facta oblatione & lata sententia, quod bona oblatores vendantur, venditio illico perfecta est, vt dixit Bar. *in l. si tempora, num. 3. C. de fide instrum. lib. 10. & in l. licitatio, in prin. nu. 4. ff. de public. & vestig. & tradit Decius in cons. 558. nu. 1. & 2.* Nam licet deinde fiat instrumentum venditionis, illud tamen ad ipsius contractus perfectionem necessarium non est, sed fit ad commodum & cautelā emptoris, vt dixit gloss. & sequuntur Doct. *in l. quoties. C. de rei vendic. vbi las. nu. 45.* Ea autem, quæ in contrarium deduximus, tunc locum habent, cū actus à principio perfectus non est, vt late declarat Felyn. *in d. 5. fallentia*, qui illud etiam addit, obiecta scilicet locum non habere, cum principium inspicere necesse est, nõ exitum actus; nam tunc etiam si perfectus non esset, ex quo tamen finis ad principium trahitur, lex interim promulgata huiusmodi actum non comprehendit. Prædictis etiam non obstat, quod tex. *in d. Auth. vt cum de appellat. cognos. præsupponat* ante nouæ legis promulgationem, aliam legem vigere, & secundum eam primus iudex iudicauerit: in casu autem proposito non sit lex, quæ concedat venditiones sine æstimatione fieri: † nam primū respondetur, illam Auth. non præsupponere necesse esse, vt tempore quo prima sententia lata fuit, vlla lex vigeret, quæ deinde pendente causa appellationis correctæ sit, prout ex iis, quæ in contrarium deducuntur, manifeste infertur: sed voluit vt si pendente appellatione legem aliquam proferri contingat, quæ ad causam pendentem applicari possit, dummodo non sit alteri legi primoviginti contraria: à Iudice appellationis attendendam non esse, prout expresse dicitur in illo tex. & præsertim ibi: tametsi postea contigerit legem promulgari aliqd disponentem, &c. & prout illum tex. passim omnes intelligunt, vt constat ex iis, quæ tradit Bart. *in d. l. omnes populi, & Bald. in dict. l. leges. & Felyn. post. alios. in dic. c. fin.*

Secundo loco respondetur eo tempore, quo primæ sententiæ prolata fuerunt, iuris communis dispositionem viguisse, quæ huiusmodi æstimationes non inducit, vt habetur *in d. l. à diuo Pio. §. in vend. ff. de re iud. & ideo secundum eam, non autem iuxta legem recenter prolatam, & tunc incognitam, dicti iudices suas sententias proferre debuerunt.*

C A P. CCV.

A R G V M E N T V M.

Vincens in iudicio petitionis insolutum an præferatur tenenti rem pro melioramentis in tenuta factis.

S V M M A R I A.

† *Æstimationem ad primam ad excludendum eum, in iudicio petitionis insolutum obtulit se in emptorem, an ille admitti possit, qui bona quæ in solutum petuntur pro melioramentis ab eo factis in causa tenuta & perceptorum probatis retinet.*

2 *Emptor domus vel fundi, ob melioramenta ab eo facta creditori agenti hypothecaria ad dicti bona sibi prius obligata primam extimationem solvere potest.*

Accidit quandoque, ut quispiam bona, quæ in solutum petuntur pro melioramentis ab eo factis & in causa tenentæ & perceptorum probatis retineat: Et ideo fuit aliquando quæsitum, an ipse ad soluendum primam æstimationem, ut illum, excludat, qui in eo iudicio petitionis in solutum se obtulit in emptorem, admittatur? In hac dubitatione pro eo, qui retinere & primam æstimationem solvere vult, facere videtur illud, quod dixit Bart. in l. 2. C. de præd. & omn. reb. nauicul. libr. 11. id quod approbat etiam ibi Alex. in apostillis, & Ioan. de Prato, & Pau. Castren. in l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pigno. actio. Dixit enim ibi Bart. emptorem domus vel fundi melioramentorum ab eo factorum causa creditori hypothecaria agenti ad ipsa bona sibi prius obligata primam æstimationem solvere posse. Et ideo ea doctrina concludendum videtur, emptorem fundi vel domus soluendo primam æstimationem ipsius domus vel prædij, soluendo illud relaxare non compellatur, & ideo ad eorum venditionem deuenire non oportere. Prædicta tamen Bart. doctrina non obstante, contrarium verius videtur, si prædictus, qui melioramenta fecit, possessor, in iudicio tenentæ, quod est hypothecarium, cum fieret transitus ad petitorium de melioramentis opposuit, primam æstimationem offerendo & melioramenta probauit: & tamen prædictis non obstantibus ad dimittendum condemnatus fuit, & relaxandum bonæ empta concessa tantum retentione pro melioramentis duabus sententiis conformibus; & ex consequenti oblatio illa primam obligationis in illo iudicio hypothecario reiecta: nam tunc ei obstat exceptio rei iudicatae. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensatio. & l. & an eadem, cum duabus præcedentibus ff. de excep. rei iudic. Debebat nanque (ut dixit in eo loco Bart. & alij sequaces) ille, qui in iudicio hypothecario contentus erat, primam oblata extimatione obtinere, si talis exceptio a iudice admissa fuisset. Vnde si iudices, qui in causa tenentæ pronunciauerunt, dicta Bart. sequuti fuissent, tenentam simpliciter non confirmassent, & percepta pro melioramentis tantum retentione concessa, sed in sententiam dixissent, data emptori facultate soluendi primam æstimationem. Et ideo, cum id non dixerint, expresse apparet talem exceptionem in illa doctrina Bart. fundatam reprobare voluisse.

Secundo loco dicimus, prædictam doctrinam Bart. non obstare, propterea quod aliquo iure non probatur: Ille namque tex. vnde Bart. elicit illam conclusionem, non probat: loquitur namque de fructibus seu pensione rei nauiculario venditæ, non autem de ipsa rei æstimatione: Nam dicit, quod si nauicularius rem suam non nauiculario vendiderit, onus functionis, quod eius rei causa nauiculario incumbat, in emptorem pro rata fructuum, qui ante venditionem & ipsa re percipiebantur, transire: Et ideo si illa res magis in ciuitatis ornatu, quam in fructuum, perceptionem, cedebat, tunc potius fructuum ipsorum modicam perceptionem, quam rei æstimationem attendendam esse, etiam quod fortasse res ipsa sumptibus & impensis em-

ptoris vberior & fertilior effecta sit: Et ideo maior ex ea pensio, pluresve fructus percipiuntur, quam ante ipsam emptionem perciperentur, & ita fisco de fructibus respondere tenetur. Vnde ex eo text. inferitur, functiones quibus tenebatur nauicularii, quosdam fructuum rerum bonorumque eorum pensiones extitisse, quas cum nauicularii vendebant, in emptores transferebantur: quæ tamen licet bona vendita sumptibus, laboribus & impensis emptorum plaris redditus & fructuum efficiantur, ipsæ tamen non augebantur: & ideo apparet illum tex. non probare intentionem seu illationem Bart. ut inquit Ioan. de Platea, licet Bart. simpliciter referat. Magis enim probat ille tex. fructus rei, melioramentorum causa auctos ei, qui fecit melioramenta cedere, nec cum melioramentis compensandos esse, prout alii fructus a bonæ fidei possessore percepti ex re aliena compensantur. cum igitur in eo tex. de primam ipsius rei extimatione mentio non fiat, intentionem & doctrinam Bart. quatenus pertinet ad casum nostrum, non probare dicendum est. Potest etiam dici non apparere, quomodo Bart. inferat ex eo textu, possessorem, qui rem meliorem reddidit, offerendo creditori hypothecaria agenti primam æstimationem rei relaxationem euitare posse. si ei melioramenta reficiantur: & præsertim cum tex. in l. Paulus. §. domus. ff. de pign. & hypoth. contrarium dicere videatur, ut scilicet emptor rei hypothecaræ, si in ea melioramenta fecerit, illam creditori hypothecaria agenti si ei sumptus, quos fecit restituantur, relaxare teneatur: & id quatenus res melior effecta est. Nec de hoc mirandum videtur: nam sicut dominus rem vendicat à bonæ fidei possessore refectis melioramentis. l. sumptus. ff. de rei vendic. ita etiam de creditore dicendum est, cui res ab alio possessa obligata est. d. l. Paul. Nec obici potest, quod creditoris, si habeat primam æstimationem, non interfit, cum melioramenta etiam quatenus res pretiosior effecta est, restituere teneatur: quia responderetur, interesse ex eo posse ipsius creditoris, quando per primam æstimationem integrum suum creditum consequi non potest: & præsertim, quia ultra iustam æstimationem fundum habere sæpe nostra interest. l. est equo. ff. de lega. 1. & l. si cui fundus. ff. de legat. 2. cum aliis concordantibus. Poterit namque fortasse creditor fundum ipsum vicino alii cui vendere, vel debitoris consanguineo multo plus quam fuerit extimatus: & ideo magis actori, qui tractat de damno vitando: quam emptori, cui si quæ melioramenta restituantur, nullum sit iudiciu, consulendum videtur, per & ipsa æquitas suadere videtur.

Omitrendum & illud non est, quod quatenus dictum illud Bart. substineri & defendi possit, intelligendum est, quando melioramenta tot sunt, & talis æstimationis, ut creditor qui fortasse sit pauper, ea reficere non possit, nec etiam sine rei destructione, vel saltem magno incommodo & damno amoueri non possunt: Eo enim casu creditor pauper uti etiam de domino paupere dicitur, melioramenta restituere cogi non debet, ut est tex. in l. fund. ff. de rei vendic. Et ideo quia in hoc casu possessor tractat de damno vitando, satis æquitati consonum videtur, ut soluendo rei primam æstimationem creditori consulatur, ut damnum euitet: Et ita dictum Bart. defendi posse videtur in d. l. 2. C. de præd. nauic. nam alio modo iure probari non videtur.

CAP. CCVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Aestimatores electi sit nō sint concordēs, an liceat creditori offerre, & petere bona sibi adiudicari.*

1 **A**ccidit aliquando, ut ¶ aestimatores electi in declarando pretio rerum & bonorum vendendorum seu in solutum dandorum, non cōueniant: & ideo an in eo casu creditoribus offerre, & ut sibi bona adiudicentur, petere liceat. Et non licere dicendum videtur, cum aestimationes antequam bona vendantur vel in solutum dentur præcedere debeant, ut notant Bart. in l. creditores, col. fin. nu. 29. C. de pigno. & tradit Bald. in l. per diuersas, quæst. 10. C. mandati. & voluit Ang. in l. ex contractu, ff. de re iudic. & notatur in l. 1. C. de pact.

CAP. CCVII.

ARGUMENTUM.

Aestimatio potest corrigi in secunda instantia.

SUMMARIUM.

1 *Aestimatio bonorum licet à primo iudice approbata sit, potest iterum à iudice appellationis committi.*

2 *Secundi aestimatores possunt per accessum secundi iudicis ad locum cum peritis alias aestimationes facere, si ei constet de lesione, & etiam post didicita testificata, & conclusum in causa.*

3 *Probatio quæ sit oculorum inspectione, nunquam sublata intelligitur.*

1 **A**estimatio ¶ bonorum licet fuerit à primo iudice approbata, potest tamen iudex appellationis iterum eam committere aliis aestimatoribus adhibitis, ut dixerunt Bartol. & Alex. in d. l. arbitrio, ff. qui satisf. cog. Immo etiam ¶ secundi aestimatores, accedente secundo iudice ad locum, vbi bona sunt aestimata cum peritis, alias aestimationes facere possunt, si tamen iudici de lesione constet, & quod plus est, etiam post didicita testificata, & conclusionem in causa. Nam ¶ probatio, quæ oculorum sit inspectione, nunquam sublata intelligitur: immo omnes alias præcedit, ut inquit Bald. in l. si quis testibus, vbi tradit Saly. C. de testib. & Alex. in l. Publica, C. de positi. Quod enim oculus vidit, nemo fideliter negat. Et ideo Curt. in cons. 70. num. 18. voluit, ut nulla melior probatio sit, quam ea, quæ à loci inspectione procedit, cum nulla lege excludatur. Et Laurentius Calcaneus in cons. 8. in causa precedente, nu. 7. inquit, oculorum inspectionem, probationem esse, quæ derogat omni generi vel speciei probationum, ut dixit Bal. in l. contra rogantem, C. ad legem Aquiliam. Et ideo multum efficere oculorum inspectionem dici solet, ut est tex. in l. satisf. ff. de in ius vocan. & per alia plura, quæ hac de causa ibi congerit & declarat.

CAP. CCVIII.

ARGUMENTUM.

Appellatione super aestimatione pendente, ad quem fructus veniant.

SUMMARIUM.

1 *Fructus pendente appellatione ab aestimationibus medio tempore percepti, pertineant ne ad possessorem, vel actorem cui eo interim bona adiudicata fuerunt.*

2 *Fructus rei vendita perfecta venditione ad emptorem pertinent.*

3 *Fructus post litem contestatam ex re, quæ petitur in iudicio percepti, si feratur sententia pro actore, ad eum spectant.*

4 *Fructus extantes tempore sententia siue decreti, pars fundi sunt.*

5 *Fructuum pendendum pendente iudicio non transfertur dominium, sicut nec de fundo, in quo pendet.*

6 *Appellatio datur à sententia peritorum & estimatorum.*

7 *Ablatiui absoluti inducunt conditionem.*

Quæritur etiam, an pendente appellatione ab aestimationibus, fructus ¶ medio tempore percepti ad possessorem, vel ad actorem cui fuerunt interim bona adiudicata, pertineant? De hac quæstione meminit Afflict. in decis. 188. nume. 1. cum sequentibus. & pro vtraque parte multa deducit. Primum igitur pro actore dicebatur, prædictos fructus bonorum post iudicis adiudicationem ad eum spectare, cum sententia seu decretum superueniens dominium in eum transfert, ut habetur in l. 3. C. de iure domin. impetran. & in l. ordo. C. de executio. rei iudic. prout etiam dici solet, perfecta venditione ¶ fructus rei vendita ad emptorem pertinere, l. 2. fructus, & ibi notat Bal. C. de actio. empti. & notatur in l. fin. vbi plures concordant, ff. de iure fisci. Et ita etiam fructus ¶ post litem contestatam ex re, quæ petitur in iudicio, si feratur sententia pro actore, ad ipsum actorem spectare & pertinere, l. si fundus, §. in venditione, vers. interdum, ff. de pigno. Et facit tex. in l. si fructus, ff. quæ in fraud. credi. vbi si quispiam fundum fructibus replem possideat, & si huiusmodi fructus pendentes pretium augeant ipsius fundi, quidam tamen tertius conuentus dicat prius bona ipsa aestimanda esse, quæ deinde aestimata adiudicantur. Unde est ut antequam fiat aestimatio, dominium in agentem translatum non intelligatur, ut inquit Bar. in l. Iulianus, colum. 7. ff. de conditio. indebi. & in l. Papi- nianus, §. si iussu, ff. de acqui. poss. & in l. exceptio, ff. de excep. rei iud. & in l. sunt & alia, §. ait Prator, ff. de public. & in l. ordo. C. de execu. rei iud. & in dicta l. 3. C. de iure domin. impetran. Nam fructus ¶ tempore sententia 4 extantes pars prædii sunt, l. fructus pendentes, ff. de rei vendic. & in l. in l. Falcidia placuit, ff. ad l. Falc. Et ideo ¶ sicut fundi dominium translatum non dicitur, 5 idem quoque & de fructibus pendentibus dicendum est. Huic fundamēto replicatur ex parte actoris aestimationem factam, & pretium constitutum esse, & ex consequenti dominium esse translatum. Replicat reus conuentus, quod licet sit facta aestimatio, & pretium declaratum & constitutum, ab ipsa tamen aestimatione vel pretio appellatum fuisse, quod sane de iure fieri potuit, ¶ cum à senten- 6 tia estimatorum & peritorum appellare liceat, ut dixerunt Bart. Bald. & Angel. in d. l. arbitrio, ff. qui satisf. cogan. & Ioan. de Imola in l. fin. qui & à quib. Ea autem appellatio relationem illam estimatorum & peritorum suspendit, l. 1. in fi. ff. ad Senatusconsul. Turpillia. Et ideo quemadmodum pendentia inter decretum

aut sententiam, & estimationem vel pretium constitutum operatur ut dominium non transferatur, nisi sequuta estimatione & constituto pretio: ita etiam & pendentia appellationis à relatione estimatorum & peritorum, idem efficiat, ut voluit Imola in l. qui latronibus. §. si quis incapax, per illum text. iuncta l. si quis post. ff. de testamen. Et ex consequenti fructus ipsorum possessorum dicantur, donec estimatio perfecte facta non est: & pretium constitutum comprobari id videtur ex iis, quæ dixit Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. dum vult, appellationem pronunciatum suspendere, quatenus futurum respicit: quatenus vero præsens, extinguere. Præterea ex parte rei addebatur prædictis, decretum vel sententiam dominium in creditorem sub conditione transferre, videlicet facta estimatione & pretio: qui quidem ablatiui & absoluti conditionem inducunt. l. à testatore. ff. de conditio. & demonstrat. Et ideo non facta estimatione & pretio dominium ipsorum bonorum penes cōuentum tertium possessorem remanet. Vnde est, ut fructus ipsorum bonorū sint ipsius rei: & ideo si fructus ab actore percipiuntur ante perfectam estimationem & pretium sortem principalem pro rata extinguere, iuxta notata in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de iudic. Scantibus prædictis hinc inde argumentis, inquit Afflictus conclusum fuisse, ut si in causa appellationis à relatione estimatorum & peritorum illi, qui talem estimationem & pretium corrigere debent, & ad id deputati sunt, estimationem augeant, vel saltem confirment, fructus pendentes à die primæ estimationis vel constituti pretij actoris esse, ut dixerunt Ioan. Andr. Abb. Siculus in cap. si. extra de sequestr. possess. & fruct. Nam appellatio à dicta estimatione vel pretio ipsorum reorum iniuicis vinculum esse non debet, sed innocentie præsidium, ut habetur in c. cū speciali. §. porro, & c. consuluit. il secundo. extra de appell. Secus vero si illi deputati correctores in sua relatione dixerint, male dicta bona fuisse estimata, & male pretium fuisse eis constitutum ob id maioris sint estimationis & pretii: nā in eo casu ipsi cōuenti possessores, quæ appellarūt, fructus suos faciunt, cū iuste appellauerint, & talis appellatio iuste illam estimatorum relationem suspenderit, cap. pastoralis. §. verum, extra de appellatio. & cap. venientes, extra de iureiuran. Et ideo interim huiusmodi fructus sequestrari possunt, si fortasse de dilapidatione dubitetur, ut habetur in d. c. si. extra de sequestratio. possess. & fruct. Secus si fortasse illi, apud quos sunt, diuites sint. Et sic decisio huius ambigüe quæstionis à relatione ipsorum reorum & correctorum omnino pendet, ut ex supra deductis expresse appareat.

CAP. CCIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Creditor secundus, qui comparuit in iudicio bonorum in solutum non animo contradicendi, sed ut eligat estimatorem, in expensis quando condemnandus sit.

2 Accidit quandoque, ut secundus creditor in iudicium bonorum in solutum compareat non animo contradicendi, sed ut eligat estimatorem,

ad hoc ut si quid superesset, sibi quoque satisfiat: Et ideo quæsitum fuit, an debeat in expensis condemnari? Et quod in expensis condemnandus non sit, conclusum fuit. Ratio autem est, quia habet probabilem causam comparendi in iudicio, cum non debeat ius suum negligere. l. illud. ff. de peti. hered. & facit text. in l. à sententia. §. id quod. ff. de appell. Nec actoris interest, cum in solutum pro sorte principali & expensis petierit: Et ideo succedit regula, quæ dicit: illud, quod alteri prodest, & sibi non nocet, denegandum non esse. l. 2. cum ibi notatis, in princ. ff. de soluto matrim. Si vero bona non sufficiant, secundus creditor, & præsertim si appellauerit, in expensis condemnandus est, ne victor damnum patiatur, cui victus regulariter condemnari solet. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de re iudic.

CAP. CCX.

ARGUMENTVM.

Estimatio per secundum iudicem reuocanda, probari prius debet iniustitia.

SUMMARIUM.

- 1 Estimationes facta in causa petitionis bonorum in solutum in prima instantia, ut possint per iudicem appellationis reuocari, oportet ut probetur improbe & iniuste factas esse.
- 2 Appellatio ab estimatorum relatione, an sit causa quod iniuste estimauerint.
- 3 Sententia seu relatio facta ab estimatoribus, vel peritis non transit in rem iudicatam.
- 4 Relatio peritorum ex officio suo à iudice corrigi potest.
- 5 Sententia mere interlocutoria, quando dicatur.
- 6 Adiudicatio incerta, quando non valeat.

Estimationes in causa petitionis bonorum in solutum in prima instantia factæ, ut possint à iudice appellationis reuocari, ut iniuste & improbe factæ sint, probare opus est: alioquin reuocari non possunt, ut dixerunt Bart. & Alex. in d. l. arbitrio. ff. qui satisf. cogent. Et si nonnulli voluerint hanc non esse iustam causam, ob quam appellari possit: nam quādo estimatorum eliguntur à iudice, & inique estimant, appellationi locus esse non videtur: sed querelam de hoc apud eundem iudicem formandam esse, qui illud corrigere & emendare debet, quod ipsi iniq; fecerint, ut est text. in l. arbitrio. ff. qui satisf. cogent. iuxta vnum intellectum ad illam l. qui à nemine reprobatur, & si text. ille varios intellectus recipiat. Iudex namque eorum estimationem sequi non tenetur, sed potest iniquam estimationem corrigere: Quemadmodum etiam dicitur, quod licet in cōpromisso stare laudo promissum sit, intelligitur tamen illa promissio, quatenus æquum sit, ut notatur in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. & in cap. Quintanallus, extra de iureiuran. Alioquin sequeretur, ut nec iudex in causa appellationis corrigere posset, cum succedat in locum primi iudicis: & ideo sicut iudex principis tenetur illam estimationem sequi, pariter etiam iudex appellationis teneretur. Vnde infertur quod inspecto urgente grauamine ex eo descēdente, quæ estimatorum iniuste estimauerint, appellari non possit: sed iudex causæ principalis ad eundem sit. Si vero teneamus appellari posse.

posse, si iudex rem esse dubiam existimet, sententiam primi Iudicis confirmare non inconuenit: Saluo tamen conuentis iure petendi, vt æstimator reuideatur per iudicis accessum ad locum cum peritis à partibus eligendis, vel ab ipso iudice casu quo à partibus non eligantur. Iniquas enim æstimationes sepe fieri ipsa experientia docet: tunc etiam quia sententia, † quæ ex relatione peritorum & æstimatorum relatione in rem iudicatam non transit, ita vt iterum discuti & reuideri non possit, vt dixerunt Bal. & Alex. in l. si ab hostibus. ff. sol. matr. Imo potest relatio † peritorum ex officio iudicis corrigi, vt inquit Alexan. in d. arbitrio, nu. 7. ff. qui sari. d. cogan. Et eo magis illa reseruatio facienda videtur, quod parti nullum præiudicium fiat: sed vt veritati locus sit, cui Iudex maxime fauere debet. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. Quando enim ab huiusmodi æstimatione, vel quia nimis magna sit, vel modica appellatur, ex quo aliam sententiã subsequi oportet & mere † interlocutoria dicitur appellari debet, & instantiam principalis causæ suspendi, prout de iure habetur. Nam adiudicatio de iure facta à iudice de bonis debitoris non determinata æstimatione, licet pro iusta æstimatione facta intelligatur. vt dixit Bart. in l. quamuis. ff. de solutio. † Ex quo tamen fuit incerta, vt non valeat dici potest, vt voluit Alexan. in cons. 53. Queritur, an stante, colum. fin. volum. 5. & tradit Decius in consilio 587. coram Magistrificis. columna 2.

CAP. CCXI.

ARGUMENTVM.

Æstimatoribus an testibus standum.

SUMMARIÀ.

1. Æstimator si fiat ab æstimatoribus electis à partibus, vel pro vna parte electo à iudice precedentibus legitimis citationibus, & non eligente, & fuerit deinde ab excessu appellatum, & in causa appellationis testes examinentur de maiori æstimatione deponentes, quibus potius standum sit.
2. Peritis in arte potius standum esse.
3. Æstimatoribus electis ex statutorum dispositione, magis iudices quam testes esse debent.
4. Sententia à peritis lata, ex peritorum dictis retractari potest.
5. Restitutio in integrum ex iusta causa à sententia peritorum peti potest.
6. Testibus si non appareant ex actis vti periti, seu peritiores electi à iudice credendum non est, nec attendi debent.
7. Peritia homini à natura non inest. & ideo non præsumitur.
8. Notariatus qualitas non præsumitur, quia nemo notarius nascitur.
9. Periti quando sunt eligendi, peritiores eligi debent.

Æstimator † si fortasse facta sit ab æstimatoribus electis à partibus: vel altero ob partium cõtumaciam à iudice electo, precedentibus tamen legitimis citationibus & aliis requisitis, & non eligente: & accidat deinde ab excessu ipsius æstimationis appellari, & in causa appellationis testes de maiori æstimatione deponentes examinentur: quibus magis standum & adhærendum sit, fuit aliquan-

do dubitatum. In qua dubitatione, vt æstimatoribus ipsi electis tanquam peritis potius stetur, frequentioribus calculis obtinuit ea potissimum ratione, quod peritis † in arte standum esse, communis est omnium sententia, vt inquit Bart. in l. i. nu. 3. ff. de ventre inspicien. & rursus idem Bartol. quem alij sequuntur in proem. ff. & Abb. & Felyn. & alij Canonista in cap. proposuisti, num. 9. col. 5. extra de probat. & Corne. in consil. 90. viso processu, num. 36. vol. 2. Accedat etiam quod periti, qui ex locorum statutis eliguntur, potius iudices † quam testes dici debent, tanquam assumpti ad æstimandum & iudicandum bona, de quibus agitur, vt dixit Bart. in tractatu suo test. nu. 12. vers. testis dixit aliqua vera esse, quem refert Felyn. in d. c. proposuisti, nu. 7. col. 4. prope finem, vers. subdit notanter Bald. & Dec. num. 6. colu. 6. prope finem, per text. in l. certi iuris. C. de iudic. Et eo magis in illis locis dicendum est, in quibus extrant statuta, quæ dant modum & formam eligendi æstimatoribus.

Nec refert, quod alij testes in causa interpositæ appellationis examinati sint, & de maiori vel minori æstimatorum bonorum pretio deponant: Nam præterquam quod ipsis æstimatoribus antea electis credendum est, nisi alij æstimatoribus eligantur alij testes prima æstimatione iam publicata, nec admitti, nec examinari debent, vt dicunt Doctores in cap. fraternitatis, extra de testib. & in clem. 2. eod. tit. Et licet Doctores in d. c. proposuisti, magis communiter velint, † sententiam à peritis latam ex peritorum dictis reuocari. Et si contrarium in eodem cap. tenet Abb. quem sequitur Alex. in cons. 148. excellentissime Domine, num. 8. vol. 2. & refert Decius in d. c. proposuisti, colu. fin. num. 14. concludens Abbat. opinionem in puncto iuris esse veriorem: Subdit tamen † ex iusta causa, qua de iniustitia peritorum appareat in integrum restitutionem peti posse per ea, quæ voluerunt Abb. & Alber. vt latius ibi ipse prolequitur. Si vero prædicta nõ obseruentur, res videtur clarior, & præsertim si testes nõ examinentur vt periti vel vt peritiores, & ex processu non appareat: nec constet iudicem ipsis vti peritis vel peritioribus mandasse, vt bona de quibus agitur æstiment & ei referant, vt in prima instantia factum fuisse apparet: Nec etiam iudicem eos elegisse, vt Doctores in d. c. proposuisti. voluisse dicitur, videlicet Abb. n. 10. vers. secundo circa hoc queritur, & Fely. in 3. col. nu. 6. & Dec. col. 5. nu. 2. circa medium. Et ideo quando testes † vti peritos seu peritiores à iudice, vel partibus inductos vel examinatos fuisse non constat, attendendi non sunt, etiam quod peritos se esse deponant, propterea quod nisi aliter ostendatur, vel forma non seruata periti, nedum peritiores nõ præsumuntur: & id eo magis dicendum est, cum vt supra diximus, prædictis non seruatis iudiciam sit nullum. Quod autem periti non præsumantur: tradit Bald. in c. 1. §. si instrumentum, in titul. de natu. feudo. † cum peritia homini à natura non inest, & ideo non præsumatur, vt inquit gl. in cap. si forte, in verbo, scientia, de elect. lib. 6. & eam refert & sequitur Fel. in d. cap. proposuisti, num. 7. colum. 4. post principium, versic. & scias quod ille dicitur peritus, & Decius in consil. 522. in causa electionis, num. 16. part. 4. Et Aymon Crau. in cons. 72. dubitatur circa tex. num. 2. vol. 1. vbi in simili vult, qualitatem notariatus, † propterea quod notarius nemo nascitur, non præsumi: id quod & de clericatu attestatur, & rursus idem Aymon Crau. in suo tractat. de an-

de antiq. temp. in prima parte, numero 166. versi. secundo vero. Ne dici potest, quod deine in secunda instantia prædicti testes vti peritiores examinati intelligantur, cum ex parte ipsorum appellantium prius alius peritus electus est, & quod pro magis perito seu peritiore electus fuerit, credendum est: ⁹ Nam quando periti sunt eligendi, peritiores eligi debent, & solent, vt inquit Decius in d. capit. proposuisti, columna 5. numero 12. versicul. & quando periti, vbi vltra Abbat. adducit Angel. in l. qui luminibus, in princip. ff. de seruit. vrb. prædio. dum vult instruendos esse assessores, vt peritiores eligant, quorum fama clarior sit: & id eo magis dicendum est, cum testes deinde electi à primis æstimatoribus discrepent: Quia sane licet periti sint, prius tamen electis & magis peritis standum est, vt inquit Abbas in d. cap. proposuisti, col. 5. num. 9. vbi etiam Felyn. in si. num. 12. & Bald. in d. proem. ff. & Roma. in l. 1. §. fin. colu. 3. ff. de verborum obligat. Id quod procedit etiam si numero pauciores sint, vt dixit Aymon Crauet. in consil. 195. vniuersitas Casellarum, numero 10. volum. 1. & ideo etiam tanquam periti non probant.

CAP. CCXII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Æstimatores si à partibus ea lege eligantur, vt si ipsi non conuenirent intra certum ac determinatum tempus, ad tertij electionem deueniretur: & cum ille tertius electus esset, conueniret cum altero ex primis electis à partibus, an æstimatio valeat.

Partes quædã ad æstimandã quædam bona elegerunt duos æstimatores; † & inter se conueniunt, vt si dicti duo electi intra quoddam constitutum tempus nõ conuenirent, tunc ad tertij electionem deueniretur: cumque deinde tertius ille extraheretur, & cum altero ex illis duobus antea electis conuenisset; de validitate æstimationis illius tertij, aliquando dubitatum fuit; Et ex consequenti, an æstimatio facta ab illo tertio & altero ex illis duobus antea à partibus electis subsistat.

Et vt nõ subsistat, determinatum aliquando fuit: nam licet prædicti ad æstimandum bona non dicantur arbitri, sed æstimatores aut arbitratores; & ideo iurare nõ teneantur, & præsertim cum essent à partibus electi sine mandato iudicis, vt notat Bart. in l. Theopompus. ff. de dote prælega. & Anton. à Butrio in capitul. veniens, il secondo, colum. 2. extra vt lite non contest. & Felyn. in cap. proposuisti, nu. 16. extra de probat. Attamen cum esset inter dictas partes conueniunt, vt ad tertij electionem, quatenus primo loco electi non conuenirent; cumque deinde ad ipsam tertij electionem deuentum esset, antequam de discordia primorum electorum constaret. Merito vt æstimatio facta tertio vna cum altero ex prioribus electis, non valuerit dicendum videtur, vtputa ab illis facta qui potestatem & auctoritatem æstimandi non haberent forma à partibus inducta non seruata, vt voluit gloss. quam sequuntur Doctores & in l. licet. ff. de iudic. & in l. Instar. C. de transact. & tradit Bartol. & sequuntur alij in l. obseruare, in si. ff. de offic. protonf. Et in specie, quod non subsistat tertij electio, & deinde laudum seu arbitramentum inde suble-

quutum, cum prius de discordia nõ constat, quando scilicet conuenitur, vt casu discordiæ ad electionem tertij deueniatur, tenuit Alexan. in consil. 124. num. 9. cum sequen. vol. 2. quem refert & sequitur Decius in consil. 475. colum. fin. Nec releuat, quod alter ab alia parte electus præsens fuisset æstimationi ab aliis duobus, propterea quod licet alias cum tres arbitri eliguntur, & duo tertio præsentem laudum proferunt, siue tertio tacente, siue contradicente laudum subsistat, vt notat Speculator & Ioan. Andr. in tit. de arbit. in fin. versi. & nota & tradunt Doct. in cap. 2. de arbit. in 6. Secus tamen est in hoc casu.

Nam in casu dicti duo arbitri, qui laudum protulerunt, erant arbitri, cum sententiam protulerunt, & ex consequenti sententia ab arbitris lata fuit, seu à maiori eorum parte: quod sane sufficit, cum alius adest, licet cum aliis non conueniat. l. si in tres. ff. de arbit. At in casu proposito tertius electus antequam de discordia constaret, arbitri dici nõ poterat, nec etiam arbitrator, merito de vno casu ad alium inferri non potest, vt in specie inquit Alex. in consil. 48. nu. 12. vol. 7. Eodem etiam modo responderi potest, si fortasse dicitur ex forma instrumenti extensionem illam contineri, cum soleant huiusmodi instrumenta extendi, vt etiam duo tribus laudare possint, & altero etiam absente vel impedito laudare seu arbitramentari: nam talis extensio tunc fieri potest, cū illi tres sunt arbitri vel arbitratores: sed in casu proposito arbitri non erant nec arbitratores, vt supra ostensum fuit, ergo? Minus etiam ob stare debet, q̄ partes conuenissent, prius æstimationem à duobus antea electis infra tempus conuentum fieri debere: quasi dici possit lapsu temporis conuenienti de eorum negligentia constare, qui æstimare debebant, vt notauit Bald. in l. 2. C. de sponsali. & voluit Pet. de Anchara. in consil. 64. in fin. Et ideo ad tertij electionem deueniri potuisse, vt dixit Decius de hac specie in consil. 340. nu. 4. Nam Decij consultatio tunc locum habere posset, si duo illi prius electi electionem de eis factã recepissent, propterea quod tunc in ipsis negligentia dari posset, quæ in non recipiente electionem dari nõ potest, prout non acceptasse præsumitur primus electus pro parte alterius, vtputa quãdo ipse pro quo electus fuit, protestatus fuit cum oblatione eligendi alium loco illius, qui recusauerat acceptare, eo tempore quõ fuit citatus ad tertij æstimationem faciendam citatus fuit. Vbi enim partes conueniunt, vt in casu discordiæ ad tertij electionem deueniatur, vt acceptio præsupponatur necesse est: nam alioquin inter electos discordia dari non potest. Accedat etiam quod ante acceptationem partes compromississe non dicuntur, sed compromittere voluisse, vt inquit gl. & sequitur Bal. in l. si cum dies. ff. de arb. cum aliis concordantibus. Minus etiam ob stare videtur, quod prima electio ad tempus deputatum & conuentum facta sit, vtputa per totum mensem Iunii, nõ autem intra aliquos dies, vtputa 30. vel 40. In quõ casu acceptationem necessariam non esse, dicendum videtur, vt inquit Socin. in consil. 39. n. 44. vol. 4. Propterea quod præterquam quod huiusmodi dictum à nonnullis ex nostris recentioribus in dubium non reuocatur, ex quõ in proposta specie ad electionem tertij, nisi in casu discordiæ deueniri nõ poterat, & discordia acceptationem præsupponat, vt supra diximus, hic casus nõ leuiter differt à casu Socini.

CAP. CCXIII.

ARGUMENTVM.

Æstimatio debet sequi sententiam.

S V M M A R I A.

- 1 Æstimationem sententia præcedere debet, & super toto eo quod iudici propositum est proferri, alioquin non subsistit.
- 2 Datio in solutum æstimationem requirit, alioquin non valet.
- 3 Tot dicuntur petitiones, quot capita.
- 4 Executiones plures de iure fieri possunt.

Prosequendo maiori declaratione rem propositam, † sententiam æstimationem præcedere debere, addi potest, & ulterius super toto eo quod coram iudice deductum est proferri, alioquin non subsisteret. *l. in hoc iudicio. ff. fam. ercisc. & l. i. C. de re iud. & c. cum inter, vbi Felyn. num. 11. extra eod. titu.* Et ideo † cum ad dationem in solutum æstimationibus deficientibus deueniri non possit: vtputa quia omnes res æstimatae non fuerint, fuit etiã aliquando dictum, non posse etiam tantummodo ad confirmationem sequestri deueniri, & si cum diuersa appareat capita ipsarum petitionum confirmationis sequestri, & dationis in solutum, auctor illud tantum confirmationis sequestri prosequutus fuerit, vt super eo solo sententia proferri possit, dicendum visum est: Nam cum tot videantur † petitiones, quot capita, merito super vno tantum sententia proferri potest. Nec ob id vt iudex in aliis absoluat vel condemnet, dici potest, vt voluerunt Ioa. And. But. & Imola *in c. qua fronte, extra de appella. & Felyn. in d. cap. cum inter. il. 2. num. 11. in prima fallentia, extra de re iud.* Id quod optime etiam procedit adiecta modificatione, vt quatenus creditoribus agentibus satisfactum sit, ex ipso sequestro, eatenus de bonis alias in tenutam acceptis dimittant: ita vt in eis satis sit, si integrum suum creditum consequantur, & ulterius nihil habeant. Nam † licet de iure plures executiones fieri possint, & vna via electa ad alium transire concedatur. *l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & l. i. §. 1. ff. de ventre inspicien. & l. heres à debitore. §. rei autem. ff. de fideiussor. & l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. & Bart. in d. l. consentaneum, & Bal. & Pau. Castren. in l. qui legati. C. vt in poss. legat. & Ias. in l. nulli. C. de iudic. & in consi. 9. in 2. additione, volum. 1. & vtrobique dicit id coram eodem, & etiã diuersis iudicibus fieri posse. & Alex. in consi. 130. nu. 15. vol. 4. & Dec. in consi. 12. col. 2. & in consi. 460. & Gallesius ad formulam camer. obligat. in 3. part. questi. 2. & tradunt passim Doct. pluribus aliis in locis.* Vnde Barto. *in d. l. consentaneum, nu. 17.* inquit, creditores quoq; alios, qui in bonorum possessionem debitoris missi fuerunt, posse & idem debitor capiatur & in carcerem ducatur curare, & ita de minori executione ad maiorem transire: & ideo multo magis de maiori ad minorem transire licet, Vulgata regula, qua dicimus: Si licet quod est maius, ergo multo magis quod est minus. Licet igitur de iure plures executiones fieri possint, ea tamen ratione conceditur, vt creditori satisfiat: non autem vt suo credito plus consequatur, vt latius tradunt Doctores in locis supra deductis.

CAP. CCXIV.

ARGUMENTVM.

Æstimatio rei dotalis an faciat emptionem, stante dispositione statuti Bononiensis.

S V M M A R I A.

- 1 Æstimatio rei in dotem data, an faciat emptionem, stante dispositione statuti Bononiensis.
- 2 Statuti verbis in dubio inherendum est, quod est etiam in contractibus & aliis dispositionibus.
- 3 Expressum illud etiam dicitur, quod verbis expressum non est.
- 4 Statuti à form. recedendum non est.
- 5 Legis cuius a no. est, vbi fori disputatio necessaria est.
- 6 Statutum si v. atur verbo, contineatur, illud etiam dicitur contineri quod à mente proficiscitur & verbis expressis non continetur.
- 7 Expresse verbum pluribus modis accipitur.
- 8 Euidens illud est, quod à coniecturis prouenit.
- 9 Coniectura dicitur euidens probatio.
- 10 Expressum illud dicitur, quod sub generalitate verborum continetur.
- 11 Interpretationis triplex species est, & quomodo distinguantur.
- 12 Exhereditatio nominatim fieri debet, non verbis generalibus.
- 13 Nominatim illud fieri dicitur, quod fit nominibus propriis, & quando etiam comprehendatur, si non exprimat nomen proprium, sed appellatiuum.
- 14 Venditionem includunt hac verba, ad habendum, tenendum, & quicquid emptori, & eius heredibus placuerit.
- 15 Verbum facere, est verbum generale.

Statuto † Bononiensi cauetur, vt æstimatio rei in dotem datæ emptionem non faciat, nisi id expresse dictum fuerit. Stante hac statuti dispositione, accidit vt aliquis fundum in dotem dederit, hac conditione, & declaratione instrumento apposita, videlicet: *Quem fundum in dotem datum predicti contrahentes ex nunc dederunt & dixerunt esse pretii & æstimationis florenorum mille, vt gabella debita solvatur communi Bononia. ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid viro & eius heredibus de ipso fundo in dotem dato & tradito deinceps placuerit & videbitur faciendum, cum omnibus suis accessibus, & c. Quorum omnium commodum ad ipsum virum & eius heredes deinceps pertineat & spectet: nec non promisit dicto Titio stipulanti pro se & suis heredibus nullam deinceps mouere questionem, litem vel controuersiam inferre predicto eius viro, vel eius heredibus in iudicio vel extra: nec inferenti consentire: sed ipsum fundum & qualibet eius iura in proprietate & possessione eidem eius viro & suis heredibus litem defendere, authorizare vel disbrigare, & c. & ipsum eius virum, & eius heredes in eo, & eius possessione potiorum facere, & c. & si predicta non fecerit & non obseruarit, eidem eius viro & eius heredibus soluere nomine poenæ, & c. Subiiciendo, quod si aliqua sententia fuerit lata condemnatoria, promisit satisfacere & soluere condemnationem eidem eius viro & suis heredibus: nec ei opponere vel eius heredibus quod sententia iniuste lata sit: &*

in eo etiam casu eius viro & eius heredibus onus appellandi remisit, & contra ille maritus per se & suos heredes promisit patri eius uxoris stipulanti pro se, & nomine eius filia, in omni casu restituenda dotis, pacto expresso conuenerunt, quod casu quo predicta vxor cum eius viro habitare non posset, ac etiam quod in omni casu viduitatis ad predictam eius dotem redire possit. Stante huiusmodi dotis promissione, quaesitum fuit, si matrimonium morte uxoris relictis filiis dissoluatur: & deinde matris quoque moriatur cum liberis alterius matrimonii, & vtriusque matrimonii filiis ad diuisionem bonorum patris deuentibus, in iudicio familiae eriscunda filii primi matrimonii & heredes matris fundum ipsum in dotem datum vendicare possit vti a viro non emptas pretio, de quo supra. In hac dubitatione omnis dubitatio pendet à predicto statuto. Illa namque statuti verba, nisi expresse in instrumento predicto contineatur, si ad eorum prolationem respiciamus, nec id in statuto dici, nec expresse dictum esse, quod aestimatio emptionem faciat, certum est. Et ideo forma statuti seruata dici non potest: Quo fit, vt in simplici statuti dispositione simus, vt scilicet emptio inducta non intelligatur. Verbis namque statuti in dubio inhærentem est. *l. constitutionibus. ff. ad municipia. & l. 3. §. igitur. ff. de exercito. actio.* & in simili de testamentis dixit Bartol. in *l. non aliter. ff. de legat. 3.* & de contractibus tradit idem Bart. in *l. quicquid adstringenda. & in l. quoties. ff. de verborum obliga. & in l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. eod. titu. & in cap. in obscuris. de reg. iur. lib. 6. vbi idem dixerunt glo. & Dynus. Accedat etiam, quod vbi in aliquo actu voluntatis expressio fieri debet, in præsumpta voluntate locum non habet, vt dixit Bart. in *l. cum dotem. §. si patre. ff. soluto matrimo. in discursu. l. si post dotem. & in l. si. §. necessitatem. C. de bonis qua liber.* Quod igitur de voluntate contrahentium emptio facta dicatur, expresse à præfatis verbis, cum id dictum non sit, colligi non potest. Si vero per alia verba emptionem factam fuisse dicamus: vt puta per illa verba, quæ de aestimatione mentionem faciunt: Illud consequens erit, vt cum ex interpretatione venire videatur, verbis expressis non fiat, vt dixerunt Bart. & Bal. in *l. omnes populi, in 2. articulo principali. ff. de iustit. & iure.* Nam id quod ex coniecturis prouenit, etiam quod à lege euidens dicatur, vt inquit gloss. in *l. si tutor. C. de peric. tuto. & in l. fin. C. arbit. tut.* ex proprio tamen verborum sensu non est. *l. si seruus plurium. in fin. ff. de legat. 1. & l. 1. 2. 3. & 4. ff. de vino oleoque leg. & facit tex. in l. Labeo, cum ibi notatis à Bar. ff. de suppellect. legata. & in l. nominis & rei. §. verbum. ex legibus. ff. de verborum signifi.* Vnde cum statutum Bononiense, vt supra diximus, illis verbis vtatur, ab illis recedendum non est. *l. prospexit. ff. qui. & à quibus.* Cum igitur contrahentes non dixerint illam aestimationem emptionem inducere. Ergo nec nos id dicere debemus. *l. si seruus. §. prætor ait. ff. de acquire. hered. & omissum habetur pro omisso. l. ita stipulatus. & l. quicquid adstringenda. ff. de verborum obliga. & l. commodissime. ff. de libe. & pesthu. & l. si cum dotem. in prin. ff. soluto matrimo. secundum vnam lecturam, & l. si constante, in princip. vbi tradunt Barto. & Bald. ff. eod. titu. dum concludunt extensionem non fieri ob id quod ea quæ ab ea interpretatione procedunt, ex scripto non veniunt, vt iterum etiam dixit Bald. in *l. si vero. §. de viro. ff. de fideicommissis.* Præterea idem suade-**

re videntur verba illa conuentionis, Vt debita gabela solueretur communi Bononia: Illa enim verba, contrahentes emptionem facere noluisse manifeste ostendunt, cum ratio quare aestimatio interueniret, expresse & manifeste ostendat: & ideo vt mentem & intentionem eorum contrahentium coniecturis percipiamus opus non est, cum clara ex ipsis verbis colligatur. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & l. ille aut ille. §. cum ex verbis. ff. de legat. 3.* & qui vnum dicit, aliud excludit. *l. maritus. C. de procurat. & l. fin. C. de pac. conuen. & l. cum prætor. ff. de iudic. & l. maritus. C. de donat. inter vir. & vxor.* Præterea idem confirmate videtur illa clausula in fine instrumenti apposita, dum in ea dicitur, Vt ipsa eius vxor ad fundum in dotem datum redire possit in casu dotis restituenda. Vnde patet eius patrem omne ius de dicto fundo auferre noluisse: & ideo vt emptio non videatur, consequens est. *l. ratio. & l. 3. §. 1. vbi Barto. ff. de action. empti. & l. si me in vacuam. ff. de acquir. possess. cum ibi notat.*

Predicta etsi opinionem supra relatam firmare videantur: ex infra scriptis tamen satis concludenter tolli posse videntur: Nam illud etiam expressum statuti dicitur, quod verbis ipsis dictum non est, ac etiam legi satisfactum dicitur. Nam communis est Doctorum opinio, quod licet verba statuti sint restringenda, ex quo sunt stricti iuris. *§. actionum, in fin. ff. de actionib. & ea quæ stricti iuris sunt, restringi soleant. d. l. quicquid adstringenda, & ibi tradit Barto. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Attamen pro regula datur statuta ex verbis & mente legis extensiuam declarationem recipere, vt dixit Bal. in *d. l. omnes populi. ff. de iust. & in. in §. not. vers. item nota quod à forma statuti non est recedendum. d. l. constitutionib.* Et ideo si statutum tempus exigat, pariter etiam quod ad tempus fiat extensio. *l. si Titius. ff. de testam. mili.* Itidem si statutum factum consummatum requirat, pariter etiam de facto consummato intelligendum esse, vt notatur in *l. perpetua. de elect. lib. 6.* & ideo in vltimis verbis, *d. l. omnes populi*, illud in genere notatur, illud quod statutum non dicit, nec nos dicere debere, *d. l. si seruus. §. prætor. nisi ratione rei, de qua agimus suppleamus.* Nam materia præstat omnibus interpretandi materiam, vt habetur in *l. clementina. ex iui de paradiso, extra de verb. sign. & impossibile est, statutum verba glossata recipere: quin glossetur. Præterea vbicumque necessaria est fori disputatio, si non loquatur ita clare, vt glossis non indigeat, legis culpa non est. *l. 2. cum ius. que ibi notantur. ff. de ori. iur.* Et ideo cum statutum Bononiense, de quo supra diximus, velit emptionem non præsumi: nisi expresse in instrumento dotis contineatur: Merito in foro de hoc disputare propter illa verba, expresse contineatur. opus non est. Et ideo magis dicendum est, quod cum statutum illo verbo dicatur, non exprimat, sed contineatur: & illud etiã dicitur contineri, quod venit ex mente, non ex verbis expressis. Colligitur hoc ex institutionibus, in quibus vulgaris expressa tacitam continet pu pillarem. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & contra, in fin. ff. de vulg. & pup. & Bart. in l. 1. in prin. ff. eod. tit.* Præterea vna quandoque substitutio quatuor continet, etiam quod nulla in specie exprimat. *l. Lucius. vbi tradit Bar. ff. de vulg. & pupil. vt est reciproca. l. in testamento. C. de milit. testam. & dixerunt Bal. & Sal. in compendiola, in l. Centurio, vbi Bart. & alii, & tradunt etiam. Doc. in l. precibus. C. de impube. & alii**

& alius substit. & Canonista, in c. si pater, extra de testa-
 men. in gloss. & in nouella voluit Ioan. And. Simile est in
 casibus non expressis. l. si paterfamilias. ff. de heredi.
 insti. videlicet: si non potest, si non vult, vel si alium
 7 heredem fecerit. Accedat etiam, quod † verbum
 expresse, ex quo in iure nostro pluribus modis ac-
 cipitur, vt dixit gl. communiter recepta in l. Prator,
 in princip. ff. de oper. noui nunciatio. dum vult, Vt illud
 dicatur expressum, quod mente continetur, per ea
 quæ voluit gloss. in l. si quis locuples. ff. de manu. testa. &
 in l. si quis ex argentariis, §. prohibet. ff. de eden. vbi Bart.
 ex prædictis inferendo inquit, quod sicut illud di-
 8 citur euidens, † quod percipitur ex coniecturis. l.
 9 licet. ff. de leg. 1. vbi etiam Bald. dixit, coniecturam, †
 euidenter probationem esse: ita etiam legis præ-
 sumptionem, euidenter esse probationem dixit
 10 gl. in d. l. si tutor, & in l. fin. C. arbit. tut. † Pariter etiam
 illud expressum dixit Bar. quod sub verborum ge-
 neralitate continetur. l. fin. C. quod cum eo. et si Barto.
 ibi de tutore loqui videatur, cum non sufficiat tu-
 torē iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere.
 Nam licet promissio de defendendo tacite inclu-
 datur: attamen id non sufficit, sed expresse promit-
 tere debet, vt est tex. in l. sancimus. §. omnem. C. de ad-
 minist. tuto. Et ratio est: quia lex expressam promif-
 sionem requirit. Et ideo si sub generalibus verbis
 comprehendatur, nõ sufficere clarum est. Id quod
 etiam in casu nostro procedere dicendum est, cum
 prædictum statutum dicat expresse, quod emptio-
 nem faciat: & si verbum, nisi, nõ vtatur: ibi vero di-
 cit defensionem expresse promittere. Regulariter
 autem promissio verborum expressionem requi-
 rit. l. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. & l. blanditus. C. de fi-
 deiuss. Statutum vero, de quo agitur dicit, & nisi ex-
 presse contineatur. & videtur in specie intelligendū,
 d. l. Prator, §. 1. Comprobatur ex eo, quod ait idem
 Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupil. & in pluribus aliis iuris
 locis diuersimode exprimitur. Facit etiam ad hoc
 tex. cum gl. in d. l. nominis, §. verbum ex legib. dum vo-
 luit illud legis verbum appellari, quod tam ab ipsa
 legis substantia, quam à verbis proficiscitur, vel in
 ipsa lege regi potest. Cum igitur verbum prolatum
 à statuto eam recipiat interpretationem, quam idē
 verbum reciperet, si à iure communi prolatum es-
 set, cum statutum interpretationem recipiat à iure
 communi, vt voluit gl. quam ibidem sequuntur Cynus,
 Bart. Bal. Ang. & Salyc. in l. fin. §. in computatione. C. de
 iure deliber. & in l. 2. C. de noxal. action. Vbi inquit Sal.
 ex hoc esse legis, non hominis interpretationem:
 & ideo in statutis quoque admitti. Nec contra hoc
 dicitur actiua vel passiuā extēsiō: sed verbi obscure
 prolata declaratio, vt inquit Bar. in l. quicquid. de ver-
 bor. oblig. Vbi autem lex declarat, alia hominis de-
 claratione vel interpretatione opus non esse, vt di-
 xit satis eleganter Bal. post Iac. Butrig. in l. voluntatis. C.
 de fideiuss. & nonnulli in l. si quidem à filio. §. 1. ff. de leg. 1.
 & in l. si ita scriptum, & in l. fi. §. Seio. ff. de lega. 2. & in l.
 qui duos mulos. ff. de legat. 3. Et ideo idem quoque de
 statuto, arguendo de statuto ad testamentum, per
 tex. in l. ita fuit. ff. de manu. testam. dicendum est, pro-
 ut voluit Bar. in l. omnes populi, in 6. art. in quo prin-
 cipaliter & late quæsiuit, an in statutis interpreta-
 tio admittatur: & inquit satis dubiam esse quæstio-
 nem, & discussam à Raynerio de Forliuio, & Iac. de
 Beluifio. Et ideo subdit ex dictis aliorum omnium
 Doctorum declarationem, seu vt ipse inquit do-

strinam notabiliter species distinguēdo interpre-
 tationum, seu illa de quibus verbum hoc interpre-
 tatio prædicatur, cum sit verbum generale, & de
 pluribus speciebus prædicabile colligere, ac firma-
 re, vt habetur in l. 1. C. de legib. cum ibi notatis, & in l. si
 de interpretatione. ff. de legib. & in c. ex iis, 11. quæst. pri-
 ma, & tradit Ioan. And. in c. 1. extra de postul. pralato. &
 est gl. in l. prima, in fi. ff. de orig. iur. & Bal. in l. 1. §. quid si
 his. ff. de liber. & posthum. & in l. prima. §. qui operas. ff. ad
 Senatuscons. Tertul. & in l. 1. & ibi dixit Dynus. ff. de ver-
 bo. signif. & in l. 1. §. deieciisse. ff. de vi & vi arma. & Bart.
 & Angel. in l. ab executore, in fin. princip. vbi tradit etiam
 Anto. de Prato veteri. ff. de appellatio. & in l. si seuerior. C.
 de his, qui notan. infam. Vnde Bart. in loco supra ad-
 ducto hac de re loquens, statutorum † inquit tri-
 11 plicem interpretationis speciem esse: Quæ præter-
 ea statutorum interpretatio in iure varie & diuer-
 sis modis capitur. Quandoq; enim pro correctio-
 ne. l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertul. de qua intelligitur in
 casu nostro. Quandoque vero pro arctatione; seu
 abrogatione. l. derogatum, & l. verbis legis. ff. de verbo-
 rum sign. & de hac nihil pertinet ad casum nostrum
 Quandoque pro verborum declaratione. l. 1. in fin.
 ff. de verb. obliga. Et hæc pertinet ad casum nostrum:
 Et ideo Bart. ibi in tertio membro illius articuli inquit,
 nonnullos dicere talem verborum declarationem
 attendendam non esse: sed ad statuentes recurren-
 dum. l. leges. C. de legibus. qua notatur in l. prima. & in
 l. fin. eod. titu. & in l. cum de nouo. ff. de leg. 1. Ipse autem
 Bar. quicquid alii dixerint, hanc interpretationem
 declarationem in statutis admittendam esse, ex in-
 fra scriptis arbitratur & firmat. Mouetur autem
 primo loco ex eo, quod etiam in legib. admittitur.
 l. benignius. ff. de legib. prout etiam & in beneficiis. l. 1. in
 fi. ff. de constit. Princ. Idem & in stipulationibus l. cum
 qui. ff. de verb. oblig. Pariter & in libellis. l. si quis intenti-
 one ambigua. ff. de iudic. Item in vltimis voluntatibus
 vt habetur in d. l. non aliter. ff. de l. 3. & voluerunt Inno.
 & Archidia. in c. dilectus, extra de consuet. Et idem quo-
 que sequitur Bar. quatenus talis interpretatio iuri
 conueniat, & nisi verba ita obscura sint, vt commo-
 da expositio afferri non possit. Præterea in dictis
 casibus ad statuentes recurrendum est. Vnde dixit
 Bart. in l. in contractibus, omnimodam obscuritatem
 vitare, vt idem quoque dixit in d. l. quicquid adstringen-
 da. ff. de verb. obligat. Cum igitur verbum expresse, in
 dicto statuto Bononiensi relatum, obscurum om-
 nino non sit, nec se referat ad certum modum vel
 formam expressam; eam recipit interpretationem,
 quæ contrahentium actui magis conuenire & ad-
 aptari videtur, vt exempli gratia ex exhæredatio-
 nel apparet: † quæ cum nominatim non verbis ge-
 12 neralibus fieri debeat, Instit. de exhæreda. liber. & est
 text. in l. Titius. ff. de liber. & posthum. † Nominatim
 13 autem illud fieri dicitur, quod propriis nominibus
 fit. l. hæredes nominatim. ff. de legat. primo. & in leg. si in
 nomine. C. de testamen. & facit illud, quod notatur in l.
 si. ff. de duobus reis.) Verum etiam quod nomen pro-
 prium non exprimat, sed appellatiuum signo a-
 liquo demonstratiuo adiecto, nominatim fieri di-
 citur. l. 2. & 3. ff. de libe. & posthum. & l. his verbis. §. si
 nomen. ff. eod. tit. Nec id minus conuenire dicendum
 est, cum quid ex æquipollentibus fiat, non cure-
 mus. l. cum seruus, & ibi tradit Bart. ff. de verb. obli. Suf-
 ficitem enim nisi tractetur de voluntate, quomodocun-
 que verbo vel facto constet. l. 3. vbi gl. & Bal. C. de in-
 stitutio.

stitutio. & substit. & Bar. in l. geris. ff. de acquiren. possess. Intentio autem prædicti statuti Bononiensis, non voluntati contrahentium abrogare, sed præsumptioni à lege inductæ, quæ est vt in dubio extimatio emptionem faciat, vt habetur in l. satis. ff. pro empto. & in l. si extimatis. ff. soluto matrim. & in l. plerunq. ff. de iure dot. & in l. cum item, cod. tit. Hanc igitur præsumptionem statutum illud nõ admittit: sed vt expresse agatur, vt emptio inducatur dotis inducatur necesse est: derogauit igitur statutum illi præsumptioni. Nec poterit fortasse etiam id testibus probari, ex quo statutum probationis speciem expræsit: vt puta in instrumento, & sic scriptura l. contractus. C. de fide instrum. vbi tradunt Bal. Salyc. & Corn. & Inn. & alii Canonista in c. 1. & 2. extra de probat. & in auth. contra qui propriam. Cod. de non num. pecu. Illud autem verbum expresse contineatur, hanc ex seipso interpretationem recipit, cum ex verbis expresse conueniret, vt illa extimatio venditionem induceret respectu patris vxoris, & respectu generi emptionem. Ne igitur huiusmodi præsumptio, quæ verbis quadrat & conuenit, inducatur: statuentes eam illis verbis tollere voluerunt. Præterea satis est si verbis illa declaratio inducatur, quæ eum de effectu denotent, prout si actum esset inter ipsos contrahentes, vt maritus extimationem tantum reddere teneretur, non res vel bona in dotem data, & id vt tolleretur facultas, de qua in l. plerunq. in fin. ff. de iure dot. Nam tunc si verba inspiciamus, emptionem inductam non esse, certum est, cum vt emptio non inducatur, si conuentum non sit. Si enim conuentionem inspiciamus, emptio & venditio apparet, vt in simili voluit Bald. in l. r. C. commoda. cum ibi notatis, & Ioan. And. & Canonista in c. 1. extra commod. Et ideo idem videtur dicendum in casu, de quo agimus: & primum cum in ipso instrumento dationis dotis dicatur, Ad habendum, tenendum, & quicquid d. genero & eius hæredibus de dictis rebus vel bonis in dotem datis placuerit, & videbitur faciendum in perpetuum. Nã hæc verba, ¶ vt venditionem inferant, & ex duplici capite necesse est. Primum, quia stante prohibitione l. Iulia. maritus fundum dotalem alienare non potest. l. lex Iulia. ff. de fundo dotali, & l. prima. §. cum lex. C. de rei vxor. actio. & l. si pradium. C. de iure doti. & Institu. quib. aliena. licet, vel non. & late tradunt Doctor. in l. vbi lex. ff. de vsucapio. & Guiliel. in Specul. de emptio. & venditio. & hodie in capit. licet mulieres, de iure iuran. libro sexto. Si igitur dans in dotem facta æstimatione transtulit etiam facultatem faciendi prædictarum rerum & bonorum datorum quicquid sibi placuerit: quod quidem verbum etiam in vltimis voluntatibus boni viri arbitrium denotat: non autem in contractu, sed meram & liberam voluntatem. l. quod sape. ff. de contrahen. emptio. iunctis iis, quæ dixit Bartol. in l. fideicommissa. §. si sic. & §. quanquam. ff. de legat. tertio. & in leg. si sic. ff. de leg. primo. Quapropter ¶ cum verbum facere generale sit: quod de omni eo, quod sit prædicatur, vt habetur in leg. secunda, in principio ff. de verborum obligation. & in leg. verba gesserunt. ff. de verborum significat. & in l. in facto ff. de conditio. & demonstrat. & vendere sit facti. l. consilio ff. de curat. furio. Satis constat per illa verba, facere placuerit, liberam alienandi facultatem viro & eius hæredibus concessam esse: & talem & prout dominis competit. l. prima & secunda ff. si quis a patre sue. manu. Qui vero dominus irreuocabilis est, re-

uocari non potest. l. lex vectigali. ff. de pigno. & l. peto. §. pradium. ff. de leg. 2. & in leg. fin. §. si sub conditione. C. de legat. & in l. Marcellus. §. rebus. ff. ad Senatusconsult. Trebel. Ita autem dicere, corrigere non est, sed ad ius commune reducere, cum dictum non fuerit, vt si res vel bona superessent, maritus ea restituere teneretur, vt habetur in dicta l. si æstimatis. Id præterea clarius & apertius ex illis verbis, suis hæredibus, probatur iuncta illa diuisione, in perpetuum. Cum si illa verba adiecta non essent, hæredibus nulla alienandi facultas competeret. Nam cum illa æstimatio emptionem non induceret, morte viri vel mulieris matrimonio dissoluto tales res vel bona in mulierem vel eius hæredem translata essent. l. in rebus, C. de iure dot. cum iis. quæ notant ibi glos. Cynus & alii: & notatur in l. cum in fundo. §. si fundum. ff. de iure doti. & in l. prima. §. exactio, in fin. C. de rei vxor. actio. & in leg. prima, & secunda. ff. de dote prælega. Vnde cum ipse hæres vel maritus retinere posset, & res dotalis remaneret, illa conuentio locum habere non posset, prout dicitur in l. secunda. & in l. de die, & in l. octauus. ff. de pac. dotali. Et tamen dicitur integraliter tenere & possidere eiusque hæredes. Quæ quidem dictio, in perpetuum, longissimum tempus refert & demonstrat, vt inquit gloss. in rub. ff. pro socio. & in l. eum debere. ff. de seruit. vrb. præd. & habetur in authen. præterea. C. de sacrosanc. eccl. & sic iuxta temporis confirmationem, cap. primo, extra de appell. libro sexto, & c. in nomine Domini, 23. distinctio. & in c. de viduis, vigesima septima quæst. prima. & cap. ex literis, extra de constitutu. & tradit Archidia. in c. quia, octaua quæstio. prima. & cap. si gratiose. de rescript. in sexto. & cap. statutum, extra de decim. & Ioan. Andr. in cap. actus, de regul. iur. lib. se. & Bal. in proem. C. & in d. l. eum debere, & in cap. fin. de consuetu. lib. sexto. Illud igitur verbum, vt fundus ille non solum ad eum, sed ad eius hæredes & hæredum hæredes reuersurus sit, includere videtur. l. sciendum. ff. de verborum significat. & tradit Bartol. in l. Gallus. §. idem. ff. de liber. & posthum. Vbi in materia transmissibili illud verbum, infinitum, intelligitur ad hæredes. Si igitur in proposita specie emptionem factam non fuisse intelligamus, vtique vendere non potuerit. Imo solum matrimonio res vel bona ad ipsam vxorem vel eius partem reuertetur, & alienatio à marito facta retractaretur, iuribus apud eius hæredes remanentibus, id quod contra intentionem agentium esset. Nec prædictis repugnat text. in leg. lex ita constante, ff. de iure dot. quia non facit ad propositam speciem. Comprobant etiam prædicta illa verba, quorumcunque commodum & vtilitas spectet ad dictum virum & eius hæredes & rerum seu bonorum dotalem soluto matrimonio: Nec ad maritum spectet commodum seu vtilitas, nec ad eius hæredes. l. diuortio. & l. de diuisione. & l. fructus, & in l. si insula. §. fructus. ff. soluto matrimon. Et si adstringeretur constante matrimonio: tunc cum id sit de iure communi prædictis iuribus, & l. secunda. & l. dotis fructus, cum sua gloss. ff. de iure doti. vtique quo ad maritum nihil operaretur contra ea, quæ dixit Pontanus in leg. si quando. ff. de legat. primo. & ea, quæ habentur in cap. porro. extra de priuileg. Et tradit Bal. in rub. in decima septima quæstio. Cod. de contrah. emptio. dum inquit nullum verbum in contractu perperâ, & sine ratione appositum centeri, & præsertim, vt nihil operetur. Id quod procedit etiã quo ad hæredes, cū iura de perceptis constante matri-

matrimonio loquantur, vt habetur in l. diuortio. §. interdum, & in l. si filia. §. si maritus in quinquennium. ff. soluto matrimo. & præsertim quia cesserunt hæredibus mariti ea, quæ eo viuente non fuerunt percepta: tamen de iure & absque partium conuentione in hæredem transeunt. Vt igitur illa clausula aliquid operetur, vt de fructibus, commodo & utilitate soluto matrimonio accidentibus intelligatur, necesse est. Id quod procul dubio, nisi dominium viri vel hæredum viri soluto matrimonio remaneat, fieri non potest. Idem clarius & euidentius ex aliis verbis subsequentiis probatur, dum pater vxoris genero præfenti & stipulanti *pro se & suis hæredibus*, promisit non mouere litem aut quæstionem. Hæc enim clausula si ad tempus constantis matrimonii referatur, nihil operatur, propterea quod quando etiam id promissum non fuisset, focer litem & quæstionem mouere non potuisset: imo genero suo ad euictionem obligatus fuisset, d. l. pater filie. ff. de euict. & plene habetur in l. i. C. de iure dot. Vnde succedit regula. l. vendicantem. ff. de euict. Patet igitur referri ad tempus soluti matrimonii, quo tempore dos reddi debet, & ideo de iure lis & controuersia moueri potest, l. 2. ff. sol. mat. Et ideo si matrimonium soluat etiam morte viri, quo ad eius hæredes cui si clausula illa appositæ non esset, iure nouo quæstio, & controuersia moueri potest d. l. illa, cum gl. & d. l. cum in fundo. §. si fundus, & l. in reb. & est rex. cum gl. vbi etiam tradit Cyn. in l. i. §. exactio. C. de rei vx. act. & in l. si constante. §. quoties ff. sol. mat. Cõfirmantur præcedentia ob aliam clausulam, in qua focer promittit genero, eum defendere & eius hæredes: Nam quo ad generum constante matrimonio focerum teneri bona in dotem data defendere absque illa clausula, dubium non est vt habetur in d. l. pater. Quo vero ad hæredes, vtiq; defendere non tenerentur, cum dicta bona desinerent esse sua, cum in dominium mulieris, suorumve hæredum reuerfa intelligerentur, si eruptio facta non esset. Vt igitur illæ clausulæ aliquid operentur, dicere necesse est, vt illa æstimatio emptionem & venditionem inducat. Idem quoq; suadent illa verba: *quoties denunciatur fuerit ab ipso genero eiusve hæredibus eis litem & quæstionem motam esse*, alioquin denunciatio locum non haberet. l. empti. & l. parentes. C. de euic. & in l. si dictu. §. i. ff. de euict. & in l. i. §. i. ff. de noui oper. nunc. & in l. non solum. §. morte. vbi Bart. & Ant. à Plato veteri. ff. de oper. nou. nunc. & in l. ab execute. §. alienum. ff. de appella. Conuenit præterea illud, quod in ipso dotis instrumento subiiciunt, videlicet: *& si prædicta omnia & singula non faciet & obseruabit, eidem genero & suis hæredibus dabit & soluit duplum prædictæ æstimationis*. Et sic non refert se ad bonorum, vel rerum pretiũ, iuxta æstimationem iam factam, sed ad pretium & valorem rerum & bonorum æstimatorum eo tempore, quo auocarentur, iuxta naturam euictionis, de qua supra diximus. Et si forte diceretur multo verius esse, quod contrahentes de æstimatione facta tempore traditionis intellexerint, ob id quod duplum expresserunt, & id ad declarandum dictu duplum, de quo in l. 2. alias 3. ff. de euict. cum alioquin dubitari posset, vt in simili dicitur in l. 3. in fi. ff. qui satis da. cogat. & in l. fin. ff. de prato. stipula. & late in l. i. C. de senten. qua pro eo, quod inter. & dicta clausula operetur, vt non solum ad commodum gabellæ declarandæ æstimatio facta sit; sed etiam ad hoc, vt scia-

tur quantum sit duplum illud, quod solui debebat genero vel eius hæredibus in casu euictionis reru vel bonorum in dotem datorum. Vnde et si illa prima coniectura, qua conceditur illa tam ampla facultas, non diceretur expresse includere emptionem factam esse: omnibus tamen aliis clausulis supra expressis simul iunctis induceret expresse emptionem, vt voluit gl. in l. 2. ff. de excusa. tut. & Bal. in l. i. iudicia. ff. de proba. & Bart. in l. admonendi. ff. de iure iuran. & gl. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. & in c. cum dilectus, extra de successio. ab intesta. & in c. accedens. il. primo. extra vt lite non contestat. & in c. illud. extra de presump. & in c. cum Bertoldus, extra de rei iud. & tradit Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quaest. & in c. veniens, extra de testibus. & in c. in presentia. extra de probatio. & in c. cum ad sedem, extra de resti. spoliat. & tradit Barto. in l. 3. C. ad legem Iul. Maiest. & in l. spadonem. §. qui absolutionem. ff. de excusa. tuto. & in d. l. iudicia. C. de rei vendi. & in l. excipitur. ff. ad Senatusconsult. Syllan. & notatur in l. instrumenta. C. de probat. in vers. Que non probant singula, multa inuuant. His ergo omnibus simul iunctis, cum aliter illa clausula nihil operaretur cum includat, quod hæredes defendere non teneatur: cum de iure communi litem non mouere teneatur: & contrarietatem, cum disponatur, vt quod eius hæredes de ipsis rebus dotalibus disponere possint, & quod apud ipsum generum & eius hæredes perpetuo sint, & quod in casu euictionis teneatur duplum hæredibus generi reficere, & quod omnis utilitas & commodum ad mariti hæredes pertineat, & quod res vel bona mariti irreuocabilia facta non sint eiusve hæredum, sed dotalis remaneat, vtique nihil ad vxorem vel eius hæredes pertineret: Æstimatio sane in dote non esset, quia æstimatio, vt supra diximus, in dote non est, iuribus & rationibus supra deductis. Minus etiam res vel bona in dote esse dicendum est, repugnante ipsa conuentione, & si in dote esse diceremus, repugnantia induceretur: stante alia clausula, qua gener promissit pro se suisque hæredibus, in casu dotis restituendæ eam reddere. Quod quidem verbum ultra alia ponderandum etiam est, quia in dicto instrumento appositæ non fuerunt illa verba solita: *quas res vel bona in dotem data: sed dixerunt, qua dotem reddere*, vt de qua dote intelligeretur, videlicet ipsam æstimationem, quæ dotis loco, succedit. l. ita constante, & l. res in dotem. & l. æstimata. ff. de iure dot. & ite notatur in l. si constante, eodem tit. & in l. cum inter, supra deducta. Nec dici potest quod vllam stantibus prædictis, & ita declarando, contrarietatem aut repugnantiam inducant, nec prædicti Bononiensis statututi verborum improprietatem, cum in ipsis statuti verbis contineatur, æstimationem illam emptionem facere, quæ dicitur contineri in instrumento dotis expresse, ex quo verba quibus id exprimitur, sunt expressa in instrumento. l. nominis & rei. §. verbum, ex legibus. ff. de verborum signif. Nec obstat illa vltima clausula, quia ea non alterat, nec impedit quominus emptio inducitur intelligatur, per tex. in d. l. si sterilis. §. fin. ff. de action. empti. Vnde ex prædictis ad illud responderetur, dum dicebatur, illud quod fit ex interpretatione, verbis non comprehendi, sed ex mente venire. Nam fatetur clare ex verbis venire, vel verbo comprehendi, vt in d. §. verbum, ex legibus. Vel secundo loco dici potest, illud procedere vel venire in interpretatione casus omissi ad casum expressum:

pressum: sed hic non fit vnus casus ad alium extensio, sed verbi obscuri declaratio: & qui declarat, nihil plus adiicit. *l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. & ibi Bart. & Bal. in l. voluntatis. C. de fideicommiss. subdens inde esse, quod ex declarato agitur, non ex declarante. Præterea & tertio, in statuto prædicto non habetur quod expresse dicatur, sed quod expresse contineatur, sed sic est, quod supra deductum est, quomodo ex specialibus clausulis in d. instrumento adiectis necessario consequi debet, vt æstimatio ideo facta fuerit, vt emptionem induceret. Præterea quando statum expresse interpretationem fieri denegaret, de intrinseca interpretatione intelligendum esset, quæ circumscribi potest, non de intrinseca, secundum quam circumduci non potest, vt habetur in *l. in quo. ff. de conditi. & demonstra.* Id quod in clausulis appositis dici non potest, vt voluit Bald. in *l. 3. C. de liber. præter.* dū vult, vt huiusmodi interpretatio pluribus capitibus elici possit. Et primum vbi in quantitate vocabuli expositio fieret, de qua in *l. i. in si. ff. de verb. oblig.* & hæc ad casum nostrum non pertinet. Secundo permittitur verborum expositio ad verum intellectum declaratoria, ratione potius quam verborum cortice perpena ac ponderata: Vnde ad casum nostrū inferendo vno modo dicendum est, vt illa verba statuit, nisi in instrumento dotis expresse contineatur, verificentur & adimpleantur, ob id quod illud expresse contineri dicatur, licet verbis directis non exprimat, vt dixit Vlpianus in *l. Prætor. §. primo. vbi notat glo. ff. de oper. noui nunciat.* Tertio autem modo ad literam adhæsiō intellectus dicitur, & in hoc ratio præualet, & id in specie proposita accidere & procedere viderur: Nam intelligendo prædictum Bononiense statutum ibi expresse, quod verbis expressis exprimi deberet, & sic restringi deberet, vt habetur in *l. nonnunquam. ff. de conditi. & demonstra.* Ex ipsius clausulis contrarietas & repugnantia oriretur, & vt ita dixerim, iuris impossibilitas: nam actionis nullitas includeretur, cui lex maxime resistit. *l. quoties in ambigua. ff. de verbor. oblig. & in l. quoties idem sermo. ff. de verbor. signif. cum glo. in l. veteribus, in princi. ff. de pact.* Dicitur enim interpretatio modus significandi dictioni ab intellectu attributus: quod sane conuenit huic verbo expresse, vti veriore, si expressis verbis dixissent contrahentes: *Et volumus intelligi emptionem.* Præterea verbum hoc expresse, de eo quoque intelligitur, quod verbis effectum includentibus includitur, licet nō sint specialia. Quarto modo dicitur interpretatio disputandi subtilitas: quæ prudentium subtilitatem exigit. *l. cū quidam. ff. de liber. & posthum. & in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. & in l. secunda. §. his legibus. ff. de origi. iur.* Hæc autem in duas partes distingui solet, in extensiuam scilicet & restrictiuam, prout etiam dixit in *l. omnes populi. & in l. prima. §. qui operas. ff. ad Senat. cons. Trebell.* Quatenus autem attinet ad extensiuam, nihil facit ad casum nostrum, cum illa de casu fiat omissio ad expressum. In terminis autem nostris casus, de quo quæritur, omissus non fuit, sed decisis: licet non verbis specificis & formalibus: sed verbis comprehensus resultantibus ex necessitate. Minus etiam in terminis nostris, restrictiuam locum habere potest, propterea quod talis restrictio solum comprehenderet casum, quem contra-*

hentes, vt supra vidimus, expressissent: & ideo talis restrictio de iure & in statutis admittenda non est, vt optime dixerunt Bartol. & Bal. & omnes alii in locis supra relatis, per text. in *l. absurdum. ff. de oper. liber.* Ad di etiam potest sexta declarationis species, & declaratoria appellatur: & hæc primæ tantum & secundæ conuenire videtur. Hæc autem declaratio, quia à lege fit, vt dixit Iureconsultus in *d. l. Prætor. §. primo.* Iudex eam sequi debet, vt dixit Bald. in *d. l. voluntatis, per text. in l. si quis filio. ff. de legat. i.* Ideo iudex summam quandam hæredibus mulieris assignare debet, non res ipsas & bona in dotem data: nam res ipsæ & bona licet intelligantur obligata & hypothecata pro dotis restitutione. *l. final. C. qui potior. in pigno. habeat. & in l. i. §. primo. C. de rei vx. act.* Et tradit Bald. in *l. fin. C. de liber. præter.* in conclusione illius quæstionis dicentis, statuta regulariter interpretationem recipere, nisi expresse prohibita sit, propterea quod illa interpretatio à mente procedit & ratione: nec dicitur extendere, sed intelligere, prout idem Bald. dixit in *l. si quis seruo. C. de fur.* Vnde in hoc casu emptio inducta sit, concludendum videtur: & dicatur expresse, vt statutum illud Bononiense exigit; inducta: vt ex supra relatis manifeste (ni fallor) apparere potest, cum non sit extensio casus ad casum, non resultet absurditas vlla, non sit à propria verborum significatione aliena: Nec forma vlla specifica à statuto inducta prætermittenda sit.

Vltimo loco hanc conclusionem comprobatur illa regula, quæ vult, vt pro iuribus statuta ad ius commune reducamus: minusque illud corrigat, si id salua & retenta recti sermonis ratione, fieri potest, vt dixit Bal. in *d. l. omnes populi. & facit ratio. l. si vnus ex argentariis. §. quod in specie. ff. de pac.* Sed de iure communi æstimatio in dubio emptionem inducit. *l. si inter nurum, vbi tradit gl. & sequuntur Cynus, Bar. Bal. & Salyc. in d. l. si æstimatis. & iterum Bald. in l. ex morte. C. de pact. conuen.* Et si verbum, expresse, vt supra dictū est interpretemur, minus sane leditur ius commune. Ergo talis restrictio facienda est, cum nulla ratio contrarium suadere dicatur. Imo si recte animaduertatur, statutum illud Bononiense sine ratione diceretur, eum quod emptio inducatur doti & mulieri valde favorabilius sit, cum maritus ad æstimationem teneatur, à qua etiam ob casum superuenientem liberari non potest. *l. in his. §. primo. ff. soluto matrim. & l. in conditione. C. si certum petat. & l. in ratione. §. incerta. ff. ad leg. Falcid.* Si vero emptionem non induceret, de leui tantum culpa teneretur, *l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matrim.* Et ideo casus ad mulierem spectaret. Facit ad hoc *l. necessario. & l. si in emptione. & l. lectos. ff. de peric. & commod. rei vendi.* In his enim fundatur doctrina Fulgosi volentis illud dici expressum, quod ex coniecturis colligitur, dum exemplum ponit in statuto disponente, vt filius sine expresso patris consensu obligari non possit: Nam in eo casu si de patris consensu etiam coniecturis appareat, sufficere existimauit: Vnde casus noster exconiunctione duarum legum, videlicet *l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acquiren. hered. iuncta l. qui in aliena. §. sed sic. eod. titu. & in l. si filius. C. de petit. hered.* Si enim iussus requiritur, ergo & expressus consensus, vt dixit Bald. in *d. l. si filius. & in l. prima. ff. quod iussu.* Et tamen sumpletur ex illis actibus.

bus, de quibus in illis iuribus. Idem confirmat tex. in *Authen. sed cum testator. Cod. ad leg. Falcid. & in corpore vnde sumitur, de hered. & falcid. §. si vero expressum.* Vbi falcidia debetur, nisi testator expresse prohibuerit. Si vero expresse non prohibuerit, satis est si dixerit verbis eundem effectum denotantibus: vtpote si dixerit: *legata integra soluenda esse, vel in solidum sine vlla diminutione, vt in simili voluit Bartol. in leg. Centurio. ff. de vulga. & pupilla.* inquit, quod si pater dixerit; *Substituto Sempronium Titio in omnibus bonis meis, vel ad eum volo omnia bona mea peruenire,* comprehendit etiam pupillarem substitutionem; cum alioquin bona omnia ad substitutum peruenire; nisi ex pupillari, non possent, cum de fideicommissaria Trebellianica detraheretur, *vt est tex. instit. de fideicommiss. hered. in princip.* Si vero in vim pupillaris valere non posset, & ideo fideicommissaria remaneat, vt falcidia prohibita sit, intelligere necesse est, vt dixit Antonius à Prato veteri in *l. in quartam. ff. ad leg. Falcid.* Et id dixit Bartol. quia licet litera expressionem requirat, si fiat verbis æquipollentibus, & illud suapte natura importantia satis est, licet specialia non sint, vel per species & differentias expressa, *vt est tex. in l. nominatim ff. de conditio. & demonstr. & in l. nominatim. ff. de liber. & posthum. & in l. cum quid. ff. si certum pet. & in l. certum, & in l. sed & si quis. §. quæsitum est. ff. si quis cautio. & in l. si expressum. ff. de appellatio. & in Authen. de non eligen. secun. §. si vero testatus in verbo, facere. & gloss. in l. prima. §. inter filium, in verbo, suspitio. ff. de fals.* Et huic declarationi adhæret Angel. in *d. Authen. sed cum testator,* cum ibi talia verba prolata essent, quæ aliud denotare non poterant, quam illam deductionem: Merito ad eam referenda sunt. *l. illa institutio, & l. asse toto. ff. de hered. instituen. dicens etiam quod vbi lex aliquid expresse fieri requirit, non sufficit vbi lex noua ad iuris antiqui correctionem & emendationem superuenit, vt et tibi: sed valide & vrgenter Bartol. opinionem non impugnat.* Et ideo in eius dictis vis facienda non est, & præsertim quia ex suis dictis ad iura adducta per Bartol. responsio non colligitur: & si de iure antiquo testator eam prohibere non posset. *per tex. in l. quod de bonis. §. frater. ff. ad leg. Falcid.* Verum ille tex. id concludere non probat, vt dixit Anto. à Prato veteri in *dicta leg. in ratione. §. quod vulgo.* & si veram sit, de iure antiquo præsumi Falcidiam detrahi contra voluntatem testatoris. *l. Titia. & l. lineam. ff. ad leg. Falcid.* Vnde tex. in *d. §. si vero expressum,* ad prouidendum, vt testator Falcidiam tollere possit, succedit: vt ei iure duodecim tabularum concessum erat. *per tex. in l. prima. eodem titulo, in primo cap. & in l. verbis. l. duodecim tabularum. ff. de verborum significat.* Et licet diceretur ius Falcidiae corrigi in secundo capite ad ius antiquum redit in primo cap. & ideo quæcunque verba voluntatem illam testatoris inducentia sufficiunt: & ita est in casu proposito: Nam in eo quod vult æstimationem in dubio emptionem non inducere, iuri communi repugnat: in ea autem quod vult vt si expresse fiat, & in ipso instrumento continetur, emptionem inducat, conuenit cum iure communi. Et ideo statutum illud satis corrigit, si tacitam voluntatem & à lege præsumptam excludit, *de qua in l. si inter virum. & in d. l. si æstimatis.* Sed expressa voluntas dicitur, quæ verbis generalibus includitur, vt dicitur

est, & inde respondetur glo. in *c. inquisitores, in verbo expresse, de heret. lib. 6.* Ideo autem verba illa ibi episcopos non includunt, quia vt dixit glof. voluit Pontifex Episcoporum prærogatiua conseruare, *prout etiam dicitur de sententia excommunicationis in c. quia periculosum.* Tum etiam quia ea, quæ speciali nomine digna sunt, sub verborum generalitate non comprehenduntur, *vt habetur in c. qui ad agendum, de procura. lib. 6. & in dicta l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio.* tum etiam, quia de iure communi in crimine hæresis, ordinarii iudices sunt: vnde credendum non est, verbis generalibus aliis inferioribus concessa. Accedat etiam, quod quando non constat quibus verbis concessio facta sit: si talia sint, vt ex significato seu expresso, vel tacito necessario inducatur, & si Ioan. And. ibi in gloss. explicauerit, quibus verbis clerici comprehendantur. Et ita respondetur ad illud, quod dicitur in dicto secundo cap. *& in d. c. quia periculosum.*

CAP. CCXXV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. *Æstimatio serui vi corrupti, quomodo facienda sit.*

VLpianus in *l. si quis seruum. §. hac autem. ff. de seruo corrup.* quæsiuit; *† Serui corrupti æstimatio, quomodo facienda sit, quod seruus in corpore vel in animo damni senserit. hoc est quanto vilior seruus factus sit: an vero & cæterorum quoq;.* Et Neratius ait, voluisse tanti condemnandum corruptorem, quanti seruus: ob id quod corruptus sit, vilior effectus est: Dixit etiam ibidem Paulus in *l. seq.* venire etiam illud in iudicium earum rerum æstimationem, quas secum seruus abstulit, quia omne damnum duplicatur: Neque interesse, ad eum perferantur res, an ad alium, siue etiam corruptelæ sint, siue non. Et Vlpianus ibidem in *l. Neratius.* inquit Neratium voluisse postea furta facta in æstimationem non venire, & eam sententiam veram putat: Nam & verba edicti, quanti ea res erit omne detrimentum recipiunt.

CAP. CCXXVI.

ARGUMENTUM.

Æstimatio rei absumptæ, ad quod tempus referri debeat.

SUMMARIUM.

1. *Æstimatio vini mutuo dati, quo tempore, & quomodo fieri debeat.*
2. *Æstimatio si dictum sit, quo tempore redderetur, quanti tunc sit, facienda est.*
3. *Æstimatio facienda est quanti eo loco esset, si dictum non sit, quanti vbi esset peritum sit.*
4. *Æstimationis facienda regula & modus.*
5. *Æstimatio ultra illum diem quo perit, crescere non potest.*
6. *Æstimatio vsq; ad sententiam, quando crescat.*

7. *Æstimatio quo ad usura & fructus, quod tempus respiciat.*
 8. *Terminus inchoans, quando dicatur.*
 9. *Terminus terminans declaratur.*
 10. *Æstimatio quanti vniquam fuit, venit in conditione furtiva.*
 11. *Æstimatio momentanea & insolita, qua modico tempore duravit, an attendenda sit.*
 12. *Legatum integrum si heres soluit, pie facit.*
 13. *Falcidia diminutio attenditur, vbi concurrunt duæ causæ, quia attenditur illa qua ad diminutionem Falcidie tendit.*
 14. *Æstimatio in præiudicium debitoris attendi non debet.*
 15. *Actus momentaneus, quando attendi debeat.*
 16. *Æstimatio in re furtiva, qua & quomodo attendi debeat.*
 17. *Text. in l. pretia rerum. ff. ad Falc. declaratur.*
 18. *Text. in l. si feruum. ff. ad leg. Aquil. declaratur.*
 19. *Æstimatio insolita, quando attendenda sit.*
 20. *Text. in l. si fistula. §. frumenta, declaratur.*
 21. *Æstimatio, quando consideretur secundum tempus obligationis.*
 22. *Æstimatio qua debetur officio iudicis, crescit donec res extat.*
 23. *Æstimatio serui lethaliter vulnerati crescit vsq; ad præambulum punctum mortis.*
 24. *Æstimatio frumenti per plures annos non soluti: ex quo frumentum non præsumitur durare vltra triennium, an debeat considerari vsque ad triennium, vel vltra.*
 25. *Res perempta in odium morosi fingitur extare.*
 26. *Fructus consumpti, quando peti possint.*
1. **V**Lpianus in l. vinum. ff. si certum petat. inquit, vinum ¶ quod mutuo datum erat per iudicem petitum est: Quæsitum est, cuius temporis æstimatio fieret, vtrum cum datum esset: an cum lis contestata fuisset, an cum res iudicaretur: Sabinus respondit, si dictu esset quo tempore ¶ redderetur: quanti tunc ¶ esset: si non quanti tunc fuisset, cum petitum esset, interrogatus cuius loci pretium sequi oporteat. ¶ Respondit si conuenisset, vt certo loco redderetur: quanti eo loco esset: si dictum non esset, quanti vbi esse petitum. Bar. autē in d. l. vinum, n. 4.
2. hanc materiam prosequendo ita declarat: ¶ Aut queris de tempore à quo rei æstimatio incipiat: Aut de tempore, videlicet quousq; crescat æstimatio, Primo casu: aut inquit æstimatio iure actionis debetur, & inspicitur tempus contractus: nec vltius crescit. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. & l. hominē. ff. manda. Aut æstimatio iudicis officio debetur: & tunc aut mora fuit contracta tempore celebrati contractus vel promissionis, seu obligationis, & tunc tempus contractus inspicendum est. l. ratio §. si per venditorē. ff. de act. empti. & l. subtr. actio. C. de furt. cum similib. Aut non fuit tunc contracta mora: & tunc aut mora præcessit litis contestationē, & inspicitur tempus moræ, d. l. vinum. ff. si cert. petat. & l. si sterili. §. cum per venditorē. ff. de act. empti. aut mora non præcessit, & inspicitur tempus litis contestatæ, l. fin. ff. de tritica. actio. Id autem verum est, & procedit in ea æstimatione, quæ fit veritate inspecta: secus autem quæ ab affectione proficiscitur, & inspecta affectione per iuramentum in litem fieri solet, & tunc attenditur tempus sententiæ. l. 3. §. in hac. in si. ff. commoda. Si vero queratur, vsq; ad quod,

Et pariter tunc distinguendo dicit: Aut æstimatio iure venit actionis: & tunc tempus contractæ obligationis inspicendum est, nec vltius progreditur, vt supra dictum est: Aut venit officio iudicis, & tunc iterum distinguit, videlicet aut res perit ante sententiam: & tunc inspicitur quanti plurimi fuit vsq; ad diem, quo res perit: ¶ vltius vero nequaquam, cum æstimatio crescere non possit, vt notat gloss. in d. l. vinum. iuxta vnam solutionem. Aut vero res durat, vel est quantitas, quæ perire non potest, & tunc æstimatio ¶ ad sententiam vsq; crescit. l. in hac. ff. de tritica. actio. An autem etiam post sententiam crescat, ibidem tradit Bart. & loquitur ¶ etiā de vsuris & fructibus declarando quod nam tempus etiam in eis attendendum sit. Hanc Bart. declarationem vt magis communē sequitur Ioan. Ant. Rubeus Alexandrinus, in d. l. vinum, num. 21. & communē intellectum appellat: constituit autem duos terminos, ad quos totam hanc materiam reducit. Termini vero sunt ii, ¶ videlicet inchoans, & terminans: Terminum igitur inchoantē appellat tempus à quo, & est principium moræ: terminus autē ¶ terminans appellatur tempus vsquequo, & est tempus sententiæ definitiue, scilicet primæ vel vltimæ, si forte appellatum fuerit, vt in plerisq; legibus probatur, vt latius ibi per eum: & primum in l. fructus. & in l. Iulianus scribit, si hominem. ff. de rei vendicat. Vbi fructuum rationem omnemque causam vsq; ad rei iudicatæ tempus præstandam esse apparet, & in l. fin. §. præterea. C. de iure dor. ibi, vt habeat petitor, quod habiturus foret eo tempore, quo iudicium accipiebatur. Si igitur petitori dandum est omne id, q; fuisset habiturus, si res eidē fuisset restituta: Ergo eidem æstimatio quanti plurimi res valuit à tempore moræ præstanda est. Hæc autem æstimatio magis debetur creditori quā fructus petitori Ergo vt ratio fructuum à tempore moræ vsq; ad sententiā habetur, ita etiam in æstimatione quanti plurimi habenda est: nisi fortasse respondeatur, vt inquit Rubeus Alex. eod. in loco. Ideo in dictis iuribus fructus vsq; ad sententiam venire, quia ad re suam agebatur. Sed ad hoc replicat, illas leges in ratione vim non facere, vt latius ibid. tradit Rubeus. Præterea in actione ¶ quoq; furtiva venit æstimatio quanti vniquam res fuit. l. in re furtiva. ff. de condit. furt. & in l. inficiando. §. si infans. ff. de furt. An autē ¶ æstimatio momentanea & insolita, qua medio tempore fuit, inspicere & attendi debeat, Imola in l. pretia rerum, per illum text. in fin. ff. ad leg. Falc. attendendam non esse arbitratur: eius opinionem sequitur etiā Christoph. de Castell. & Phil. Dec. in d. l. vinum. ff. si cer. pet. Quādoquidem si ibi nec ex momento temporis: nec ex ea penuria, quæ raro accidit, pretia constituuntur, & id vt Falcidia minuatur, certe multo minus, vt debitor morosus obligetur ad æstimationē quāti plurimi constitui debent. Nam Falcidia contra voluntatem testatoris detrahitur, ¶ & pie agit hæres, qui legatum integrum soluit, l. patrē ff. de his, qua in frau. cred. Et hinc est, vt vbi duæ concurrunt ¶ causæ, illa attenditur quæ ad Falcidiam diminuendam tendit. l. si pupillus. ff. ad leg. Falc. Si igitur æstimatio insolita & momentanea, vt piæ causæ faueamus, non attenditur: minus sane hæc æstimatio in debitoris ¶ præiudicium attendi debet. Comprobat præterea, vt inquit Imola eo in loco, conclusionem nostram text. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emp.

emp. iuncta declaratione Bar. in l. sed & si quis. §. qua-
 situm. ff. si quis cautio. vbi dicitur eum, qui se obligat
 ad casus fortuitos, ad insolitos non teneri. Suade-
 tur enim, quia illud quod dicitur in d. l. pretia rerum.
 ff. ad l. Falcid. in delictis quoque locum habet. l. si ser-
 uum. ff. ad l. Aquil. Prædictis tamen non obstantibus,
 Rubeus Alexandrinus in d. l. vinum. nu. 77. contra-
 riam opinionem magis communem esse arbitra-
 tur. vtdixerunt Alex. & Ang. in d. l. pretia rerum. pro
 qua opinione plura adducit Cur. in d. l. vinum. ad o-
 15 stendendum actum etiam momentaneum attendendum esse, vt tradit etiam Ias. in l. non tantum. C.
 de legib. & in l. si quis heredem. C. de instit. & substit. Et
 omissis leuioribus pro ea opinione optime facere
 16 inquit tex. in l. in re furtiua. vbi patet illud tem-
 pus spectandum esse, quo res vnquam plurimi fu-
 it. prout etiam idem dicitur in l. inficiando. §. infans. ff. de
 fur. ibi. & vnum tantum est furtum. Ideoque dupli-
 tenetur tanti, quanti vnquam apud eum plurimi fu-
 it. Illa. n. dictio, vnquam, in vtroque tex. apposita satis
 ostendit eam etiam estimationem, quæ raro accidit,
 attendendam esse. Cõprobat præterea hanc con-
 clusionem tex. in d. §. infans. ibi, dum in eo dicitur:
 Quam ridiculum est meliorem conditionem furis esse.
 17 Satis igitur apparet d. l. pretia rerum, quicquid sen-
 tiant Decius in locum non habere. Si enim vinum cre-
 ditori traditum fuisset, vtique eo maiori pretio ven-
 18 dandari potuisset. Stantibus prædictis & tex. in l. si
 seruum. ff. ad l. Aquil. non repugnare arbitrat, pro-
 pterea quod illum tex. solum, vt pretia rerum ex affe-
 ctione & utilitate singulorum constituenda non sint,
 decidere videtur: Sed quanti inter omnes valent, &
 communiter ab omnibus æstimantur. Quod autem
 momentanea æstimatio & insolita, attendenda sit,
 nihil dicit, vel decedit: Imo si diligenter animadu-
 19 tatur, contrarium potius probat. l. ait lex. ff. ad l. Aquil.
 iuncta l. 2. ff. eod. ibi, quanti is homo eo anno plurimi
 fuisset. Quod quidem verbum fuisset, cum sit temporis
 plusquamperfecti, satis ostendit, insolitam quoque
 20 & æstimationem attendendam esse, & ex consequen-
 ti teneri quæ in eo anno plurimi fuisset: Et eo magis
 id dicendum videtur, quod actio legis Aquilia plurima
 habet præiulia. Minus etiã ob stare arbitrat tex.
 in l. si fistula. §. si frumenta. Quia, vt inquit Alex. in
 d. l. pretia rerum. species de qua ibi, valde differt à ca-
 su nostro: quædoquidem, & contrahentes qui se ad
 casus fortuitos obligarunt, de casibus insolitis cogi-
 tasse videntur, verisimile non est. Imo ille tex. vt
 ipse cõset, eius opinionem probat: Cum enim quis
 ibi frumentum in herba vendidisset, illa verba à par-
 tibus si quid vi aut tempestate factum esset, adiecta
 fuerunt, quibus venditor casus fortuitos & insoli-
 tos promississe videtur. Illis tamen non obstantibus, si
 niues immoderate frumentum contra tempestatem
 consuetudinem corruerint, agi secum exempto
 potest. Distinguebat tamen Rubeus Alexandrinus
 in d. l. vinum nu. 80. hunc in modum. Aut morosus
 est in dolo, & tunc communis opinio procedat: Aut
 vero in culpa, & tunc æstimatio insolita, & momē-
 tanea attendenda non sit. Illud præterea hac de re
 adnotandum est, in contractibus stricti iuris, qua-
 tenus pertinet ad quanti plurimi æstimationem
 quemquam per extraiudicalem interpellationem
 in mora constitui: Nec vt magis communis Doct.
 opinio est, concludens diuersitatis ratio afferri po-
 test, inter fructus, & quanti plurimi æstimationem

vt scilicet in fructibus tempus accepti iudicii tantum
 spectetur, l. cum fundus, in prim. ff. si cert. pet. & l. 2. & l.
 videamus. §. si actionem. ff. de vsur. Secus autem sit in
 æstimatione quanti plurimi, vt late tradit ipse Ru-
 beus Alexandrinus in d. l. vinum. nu. 206. Pariter etiam
 tenetur communiter solutio glo. in d. l. vinum.
 quod vbi æstimatio rei, seu interesse petitur iure a-
 ctionis, quia ipsa æstimatio, seu interesse est in
 21 obligatione, inspiciatur tempus obligationis con-
 tractæ per tex. in d. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat.
 & voluit etiã Alber. de Ros. ibi, qui limitat & distinguit
 omnes leges, qui de hac materia loquuntur, & dicit esse
 etiam de hoc in l. hominem. ff. manda. & idem dixit Bart.
 in d. l. 3. §. in hac, col. 4. vers. incipio primum, & istud ex-
 pediam. ff. commoda. & facit etiam text. vt inquit Alber.
 in l. fundum. §. 1. ff. de eden. & voluit etiam ibidem Alex.
 licet Alber. mentionem non faciat, qui etiam vltra prædi-
 cta adducit tex. in l. si id, quod ff. de constit. pecun. Si vero
 interesse iudicis officio debeatur: & tunc attenda-
 tur tempus moræ vsq; ad tempus sententiæ, vt te-
 neat debitor ad æstimationem quanti plurimi à
 tempore moræ vsq; ad tempus sententiæ: Et vt res
 clarius appareat, vbi cunq; obligatio oritur tempo-
 re contractus, illud tempus attenditur. Et hoc est
 illud, quod dixit tex. in d. l. fundum, in fi. dū ait, in al-
 tera vero ea æstimatio venit, quæ secundæ stipula-
 tionis tempore fuit: vbi vero obligatio oritur tempo-
 re solutionis: & tunc tempus solutionis attenden-
 dum est. Et hoc est illud quod dixit tex. in l. hominem
 ff. manda. vbi æstimatio hominis à fideiussore solu-
 ta ad tempus solutionis refertur, non ad tempus quo
 agitur. Et ratio est, quia actio mandati eo tempore na-
 scitur. Idem quoque dicitur de constituto: nam tem-
 pus constituti attenditur, d. l. si id, quod ff. de consti. pe-
 cun. Cõprobat præcedentem conclusionem, vt dixit
 Alex. tex. in l. vbi. §. 1. ff. de eden. cū ibi illud quod agentis
 interest, tempore decreti Prætoris attendatur, Bar. au-
 tem in d. §. in hac. in quinta col. aliter declarat illud tex.
 vt scilicet interesse quanti plurimi vsq; ad senten-
 tiam crescere possit: Aliter etiam declarat illud tex.
 Castr. & post eum Ias. in dict. l. vbi. Quo vero ad æsti-
 mationem, quæ officio iudicis debetur æstimati-
 22 onem crescere, donec res extat, sciendum est: re autē
 perempta, nequaquam: cum res perempta & ex-
 tincta æstimari non possit, vt habetur in dict. l. in hac.
 Et ideo mirum non est, si deinde æstimatio cresce-
 re non potest: Et ideo dixit Bal. in dict. l. in hac. dum
 vult, vt & æstimatio serui lethali ter vulnerati, vsque
 23 ad extremum diem excurrat & debeatur: Et quod
 dixit vterque Curtius, senior scilicet & junior, in d.
 l. vinum, alias in Mediolanensi Senatu dubitatum
 fuisse de hac satis pulchra quæstione: Debitor qui-
 dam quendam frumenti summam debebat, sed
 24 per decem, vel viginti annos frumentum illud non
 soluit, etiã quod læpius de tali solutione interpel-
 laretur: Verum quia frumentum vltra triennium
 conseruari non præsumitur, vt inquit gloss. in l. pri-
 ma. C. si aduers. vendit. primum dicebatur æstimatio-
 nem ipsius frumenti vsque ad triennium tantum-
 modo attendendam esse, cum vt diximus, post trien-
 nium consumptum præsumatur. Hæc sane conclusio
 in eo debitor, qui frumentum in specie debet,
 clara per prædicta est, & nullam dubitationem ha-
 bet. Nam tex. in d. l. in hac. ff. de tritic. act. de debitor
 serui loquitur, & ex consequenti de debitor specie
 Si vero tractemus de debitor frumenti, vel hor-
 deia

dei in genere, vt sentit Bartol. in dicta leg. vinum. & rursus idem Bart. in l. diuortio. paragrapho, ob donationes, in fin. ff. soluto matrim. dum ait, quod si debitor maritus, & tutor huiusmodi fructus ex re aliena percipiant fructibus consumptis ad æstimationem tenentur: Quæ quidem æstimatio fructibus consumptis crescere non potest, prout iterum tradit Bart. in l. eum qui. ff. de his, quib. vt indig. Subdit tamen Rubeus illud, quod dicit Bar. ibi ad casum nostrum non pertinere, cum Bart. ibi de eo loquatur, qui fructus percepit ex re alterius licite: si vero illicite perceperit: verum quod fructus consumpti peti non possint, nec etiam æstimatio, crescere non dixit Bartol. Imo in contrarium in leg. stipulationes non diuiduntur, in 6. question. voluit, vt res perempta in odium morosi extare fingatur. d. l. in re fursiua. ff. de condict. furt. Eo enim casu etiam quod fructus nõ extent, sed consumpti sint, æstimatio tamen peti potest. Et ideo pro clariori intelligentia, quatenus pertinet ad propositam speciem, ita distinguebat: Aut enim, inquit ipse, quis frumenti debitor in genere est, & tunc proculdubio ad quanti plurimi extimationem tenetur. & ratio est, quia genus perire non potest: Aut vero debet frumentum in specie: & tunc si non est in mora, fructibus consumptis æstimatio tantum peti debet: Aut est in mora, & tunc subdistinguit, videlicet quod debitor aut est in dolo, aut in culpa: nam si est in dolo, fructus peti posse dicendum est, & æstimationem crescere, argumento tex. in l. eum qui, versic. post motam de tacito fideicommissio controuersiam. ff. de his quib. vt indig. secus vero si non sit in dolo dicendum est. Illud tamen notandum arbitatur, quod vbi fructus iudicis officio mercenario debentur, etiam quod debitor sit in dolo malave fide, æstimatio fructuum peti non potest, si tempore petitionis maioris sint extimationis, quam alio tempore. Ratio autem est, quia alioquin officium iudicis deseruiret, contra ea quæ voluit gloss. in l. heres. §. fructuum. ff. de petit. hered. & ita in his terminis tenet Bal. in leg. 2. in fin. Cod. de fruct. & lit. expen. per tex. in l. arbitro. §. 1. ff. de donatio.

Vnde concludit tandem, vt si debitor sit in dolo & ad fructus iure actionis teneatur ¶ fructus etiam consumpti peti possint, cum extimatione quanti plurimi, etiam quod in specie debeantur. Et hanc conclusionem posse inquit facile firmari indistincte contra Bald. etiam quod fructus officio iudicis mercenario debeantur, propterea quod eis consumptis officium iudicis mercenarium, quo ad fructus, sublatum videtur. Nec ob stare text. in l. in summa. §. in frumento. ff. de condict. indeb. dicendum est: vbi si quis frumentum indebitum scienter receperit & consumpserit, frumenti pretium solummodo repetitur, quod eo tempore extabat quo frumentum fuit consumptum, & sic videatur ille text. hanc conclusionem impugnare: quia huiusmodi obiectioni respondendo inquit illum text. in conditione indebiti locum habere, in qua qui liber ad id tantum tenetur, quo locupletior efficitur. l. indebiti. §. si vnus. ff. de condict. indeb.

CAP. CCXVII.

ARGVMENTVM.

Æstimatio rei non extantis, an à Iudice fieri possit sine iuramento partis.

SVMARIA.

- 1 Æstimare non potest Iudex rem, quæ non extat sine delatione iurifurandi, & quomodo fiat æstimatio in materia l. Rhodia de iactu.
- 2 Æstimatio illius, quod crescere in pretio potuisset, nõ fit, quando detrimenti, non lucris fit præstatio.
- 3 Æstimatio illarum rerum, quarum nomine conferendum est, non quanti emptæ sunt, haberi debet, sed quanti venire possunt.
- 4 Æstimatio seruorum, qui in mari perierunt, non magis facienda est, quam si ægri in naue decesserint, aut alioqui sese præcipitauerint.

Martianus præterea in l. in actionibus in rem, in fine. ff. de in litem iuran. inquit, Iudicem rem, ¶ quæ non extat, sine dilatione iurifurandi æstimare non posse. & sic in ipsa æstimatione, quæ à parte fit, iurifurandum necessarium est, vt & infra latius dicitur. Et Paulus in l. 2. §. si nauis. ff. ad l. Rhodia. de iactu. voluit portionem pro æstimatione rerum, quæ saluæ sunt, & earum quæ amissæ sunt, præstari solere: Nec ¶ ad rem pertinere, si ea, quæ amissæ sunt, pluris venire poterant, quoniam detrimenti, non lucris fit præstatio: Sed in his rebus, ¶ quarum nomine conferendum est, æstimatio haberi debet non quanti emptæ sunt, sed quanti venire possunt. Seruorum ¶ quoque, qui in mari perierunt, non magis æstimatio facienda est, quam si ægri in mari decesserint, aut alioqui sese præcipitauerint.

CAP. CCXVIII.

ARGVMENTVM.

Æstimatio iactus retis, quomodo fiat.

SVMARIA.

- 1 Æstimatio iactus retis, quomodo fiat.
- 2 Æstimetur quomodo id, quod est incertum, vel non est.
- 3 Pretium incertum, quando non dicatur.
- 4 Interesse dubii ratio non habetur.

Alia etiam æstimatio est, ¶ de qua meminit Celsus in l. si iactum retis. ff. de actio. emp. dum inquit: Si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluerit, incertum huius rei æstimandum est: sed si quod extraxerit piscium, reddere mihi noluerit: id æstimari debet quod extraxit. Ex tex. incertum æstimari ¶ manifeste apparet, & ex consequenti id, quod non est. Hoc autem incertum, vt inquit Bart. in d. l. si iactum. ex intentione gl. ibi. prout communiter accidere solet, non inspecto quod quandoque plus, quandoque vero minus piscium capi soleat, æstimari consuevit. Fuit etiam dubitatum, quomodo in dicta lege æstimatio fieri debeat: & præsertim

tum in primo casu, quando piscator rete iactare non vult. Nam tunc ut inquit ibi Albericus cum nullum aliud interesse, nisi respectu pretii considerari non possit, emptoris interesse respectu pretii, quod dedit, considerandum & intelligendum videtur: Et ideo ad illud, ut inquit Butr. condemnandum esse. Subdit tamen ibidem Alberi. tex. ibidem hanc Butrigarii declarationem destruere, cum dicat *incertum aestimari*, cum pretium non sit incertum, *ut est tex. in §. quantum. Inst. de emptio. & vendi.* Pariter etiam Salycet. in *d. l. si iactum.* de illa regula opponendo, quæ vult. Ut illud quod non est, aestimari non potest, gl. interpretationem sequitur, ut illud aestimetur, quod capi potuisse verisimile est. Verisimile autem ab eo accipi, quod consuetum est: Sed id Iacobo Butrigario non placere dicit: & ratio est, quod dubium interesse ratio haberi non solet. *l. unica. versicul. in aliis, C. de senten. qua pro eo quod inter.* Et ideo dicebat Butrig. quod si pisces extraxerit, ipsi aestimabuntur, *ut dicitur tex. in d. l. si iactum. in si.* Verum huius declarationis vis tunc maxime infurgit, si piscator iactare noluerit: propterea quod tunc nullum aliud interesse, quam ratione pretii quod eius nomine dedit, considerari posse videtur, & in eo debitorem esse dicendum. Unde etiam Sal. ibidem dixit, hanc declarationem illi textui repugnare ibi, *incertum huius rei aestimandum est.* Et ideo ipse quoque a solutione & declaratione gl. non recedit: quandoquidem & ipse absurdum existimat, ut ratione pretii interesse aestimetur: cum ipse illa multo minus emi soleat, ut supra si recte memini, latius declaravimus, & ideo ab ipsa spe regulari debet. Et ideo dixit Bart. in *d. l. si iactum. opponendo de tex. in l. hac emptio. ff. de contrahen. empti.* quatenus ibi habetur, emptionem sine re subsistere non posse, venditionis verba diligenter inspicienda esse, propterea quod aut vendo tibi pisces, inquit ille quando capientur: & tunc nullis captis, venditio non subsistit, ut habetur in lege contraria: prout etiam dicitur, si fructus qui nascentur vendiderim, & similia: aut vero vendo ipsum iactum seu perceptionem, & ex consequenti ipsammet spem: *et tunc procedat d. l. si iactum. ut late dixit idem Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public.* Unde ad rem nostram redeundo inferitur, ut cum spes ipsa venditur, spes loco rei succedat: & ideo si venditio subsistat, mirum non sit. Hæc Bar. declaratio potius ad emptionis validitatem quam modum aestimandi pertinere videtur, de qua nos hoc loco non quarimus: & ideo a solutione & declaratione Accursii recedendum non arbitror. Debet autem aestimator damnum quodlibet diligenter inquirere. *l. unica. ff. de senten. qua pro eo, quod inter.* non admittendo inextricabiles circuitus, nec irrationabiles petitiones: ut puta si emptor tinnum ingetem peteret, vel cete, pro maris piscatio sit, conditione, Prout etiam exempli gratia, si actor vel emptor improbus, eo quod olim cum quidam iactum retis emisisset à Milesiis piscatoribus, aurea mensa Delphica extracta est: propter novitatem rei orta controuersia, Apollo Delphicus consultus, sapientissimo hominum dandam respōdit. Unde illi Taleti Pholopho nobilissimo massath illam dederunt. Ponenda igitur regula est, ut quoties res sub dubio fortunæ euentu emitur, casus incertus sit. *d. l. si iactum. ff. de act. emp. & l. nam hoc modo. ff. de hered. vel actio. vendit.* Limitatur autem hæc regula in aliquibus casibus, & primo si emptor pretium repetat

& interesse. *d. l. quod si nulla. ff. eod. tit. de hered. vel actio. vendita.* Secundo loco limitatur si eo tempore petat, quo iacta non est alea: hoc est, quo exitum habuit. *d. l. si iactum.* ut si stipulet partum ancillæ, qui nascetur, vel fructus fundi incerti. *l. vbi autem. §. alud. ff. de verb. oblig.* At si petam partum iam natum, vel fructus maturos, certa petitio est, & ex incerto contractu certum peto. *l. certum. ff. de reb. credit.* Incertus enim contractus fuit, & si in hac specie, non ex fortunæ insidiis penitus pendeat. *d. l. vbi autem. §. 1. & 2. ff. de verb. obligat.*

C A P. CCXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Dominus creditor serui sui, ex quibus rebus suum creditum consequi possit, & aestimatio eorum quæ habeat, quomodo faciendâ sit.

Quoniam executio præsupponit aliquid exequendum esse, merito multa & supra diximus, & infra dicentur de aestimatione, ut illud potissimum sciatur, in quo executio faciendâ sit, & creditoribus satisfaciendum. Et ideo fuit aliquando quaesitum, si seruus peculium habens domini sui debitor sit, quomodo deductio seu aestimatio faciendâ sit. Et in primis sciendum est, dominum illud deducere quod sibi debetur: siue ex reliquorum ratione, siue ex delicto: ut puta ob furtum quod fecerit. Et licet quaestionis esset, ut inquit Ulpianus in *l. peculium autem. §. siue autem. ff. de pecul.* an ipsa furti aestimatio, id est, id solum quod domino abest: an vero id tantum quod si alienus seruus commisisset: id est cum furti pœnis? & priorem sententiam veriorē arbitratur, ut scilicet sola furti aestimatio deducatur: & ideo ex eodem §. siue autem, notat Paul. Cast. quod quando quis fingitur sibi soluisse, vel à se ipso exegisse, in simplo tantum fingitur, non quo ad pœnam. Ratio autem est, quia fingitur, & ideo minus à se ipso exegisse quam ab altero fingi debet. *l. ei cui ff. de euctio. & tradit Guiliel. de Cunio in l. incerti. C. famil. erisc. cum multis aliis concordantibus.*

C A P. CCXX.

A R G V M E N T V M.

Aestimatio quanti interest seruum habere in casu l. naturalis, &c. quomodo fiat.

S V M M A R I A.

- 1 Aestimatio quanti interest seruum illum habere, quem manumisit, si quis dederit alicui seruum, vel seruum suum manumitteret, & ille quem dedit euictus sit.
- 2 Locupletior non dicitur, qui libertum habet.
- 3 Libertum habere ius aestimabile non est.
- 4 Actio præscriptis verbis, datur ad interesse, & oritur ex contractibus innominatis.
- 5 Aestimatio iuris patronatus serui non attenditur, nec est in consideratione.
- 6 Locupletior non dicitur ille, qui serui ius patronatus habet.

*Patronatus iuris ob commodum grauari aut onerari
quisquam onere pecuniario non potest.*

Illud etiam omittendum non est, quod inquit Paulus in *l. naturalis meus. §. si vero. ff. de prescrip. verbo*, dum voluit, ut si dederim alicui seruum, ut seruum suum manumitteret: & is quem dedi euictus est: si-
¹ et condemnatio † quanti interest illius seruum habere, quem manu misit: nec deducendum esse, quod ipse libertum habeat, propterea quod id extimari non potest, ut inquit gl. ibi in verbo, extimari: quia
² non fingitur locupletior, † qui libertum habet. Ratio autem, ut inquit illa glo. ea est, quia manumisit non ut suæ, sed illius potius voluntati satisfaceret. Illi igitur imputandum est, qui me ad hoc faciendum induxit: nec modo idem ius adimplere. & ita procedat *tex. in l. nemo. §. 1. ff. de reg. iur. & in l. 2. in fi. ff. quib. ad libert. proclama. non licet.* Secus vero, ubi emptor manumisit ex arbitrio suæ voluntatis, & ideo id quod sibi ab eo prouenit, secum compensare debet. Præterea † quod habere libertum, ius æstimabile non sit, tradit *Barth. in eod. §. num. 2. & dictum illius gl. seu eius solutionem sequitur etiam Barth. ibi. nu. 3.* Potest etiam poni casus, quod fuerit actum, ut ego seruum meum manumitterem, qui est filius tuus naturalis, & tu econuerso: Ego manumisi meum, tu non vis manumittere tuum: qui sane contractus innominatus appellatur, ut puta facio ut facias, ex
⁴ quo oritur factio præscriptis verbis, quæ ad meum interesse datur, quatenus scilicet seruum meum non manumisisse mea inter est: & ideo si seruus meus valebat quinquaginta, agam ad quinquaginta. Sed dubitatur, quia remansi patronus: an id tanti æstimari debeat, quanti valet, ut puta decem? & responderi nequaquam, ea ratione quod in eo † non cadit æstimatio. Præterea *Castren.* quoque in *eodem §.*
⁶ vult, ut qui habet ius patronatus, non dicitur ex teo locupletior declarando, ut inquit glossa, si vero careret, ubi carere non deberet, ob id pauperior
⁷ diceretur. *l. Titius, ubi etiam Castrensis, Digest. de action. emp.* Vnde infert in vltima voluntate huius commodi † ratione pecuniario onere grauari non posse, ut probatur in *l. plane. la. secunda. ff. de legat. 1.* Ad quod inquit facere etiam *tex. in l. ab eo. C. de fideicommissis.* Præterea quod ille, qui habet ius patronatus ex eo locupletior non dicatur, tradunt *Doc. in c. cum seculum, extra de iure pat.*

CA P. CCXXI.

ARGUMENTVM.

Æstimatio vnus serui vbi plures simul venierint, quomodo fiat.

S V M M A R I A.

1. Æstimatio vnus ex seruis si plura mancipia vno pretio venierint, & de vno eorum adilitia actione vtamur, ita demum pro bonitate illius æstimatio fiet, si confuse vniuersis mancipiis pretium constitutum fuerit.
2. Precio vnico si plures res vendantur, & vna tantum res redhibeatur, pro ipsius bonitate fiet extimatio.
3. Æstimatio seruorum quomodo fiat.

Voluit etiam Pomponius in *l. si plura mancipia. ff. de adilit. adicto.* † quod si plura mancipia vno pretio venierint, & de vno eorum adilitia actione vtamur, ita demum pro bonitate eius æstimatio fiet, si confuse vniuersis mancipiis constitutum pretium fuerit, quod si singulorum mancipiorum constituto pretio vniuersa tanti venierint, quantum ex contuminatione fiebat, tunc cuiusq; mancipii pretium, seu pluris, seu minoris, id est, consequi debebit. Colligitur itaque, ut inquit *Capolla in d. l. si plura mancipia.* quod si plures † res vno pretio vendantur, & vna tantum ex dictis rebus adhibeatur, fiet extimatio pro bonitate ipsius. si vero diuersis pretiis venditæ sint, & tunc in æstimatione illud tantum pretium attendetur, quod fuit constitutum, illi rei morbosæ, quæ redhibetur. Concordat etiam *lex finalis, §. fin. cum gloss. in verbo, coadunatione. C. de iure dor. & l. Labeo. in princip. eod. tit. ff. de adilit. adicto* Labeo scribit, si vno pretio plures seruos emisti, & de vno agere velis in extimatio-
³ ne † seruorum, perinde fieri debere, atque fieret in extimatioe bonitatis agri, cum ob euictam partem fundi agitur. Et subdit ibidem *Barth. Capolla,* æstimationem fieri debere secundum serui bonitatem. Præterea idem *Barth. Capol. in l. Labeo scribit. ff. de adilit. adicto.* iuxta gloss. ita quærit in *versicul. verbi gratia.* Quid dicendum sit, si serui empti fuerint minoris quam valerent: ut puta si decem empti essent, & valerent 15. & ex consequenti tertia parte minoris vero ac iusto pretio: & eorum vnus qui fortasse valebat nouem, & fuit emptus tertia parte minus, ut puta sex: Ergo sex tantum emptori præstanda erunt, ut voluit gloss. in *d. l. Labeo scribit.* Et licet *Doct.* ibi omnes cum ea pertranseant: attamē *Capolla* eam male loqui arbitratur, propterea quod ita computando æstimatio ita ut emisse fingitur fieret, non autem iuxta serui morbosæ bonitatem. Id quod ipsi textui *d. l. Labeo scribit,* profusus repugnat, dum inquit bonitatis. & gloss. in *l. 1. in fin. ibi loci qualitas, in tit. sequenti post titulum de adilit. adicto.* Quapropter dixit idem *Capol. in dict. l. Labeo scribit, nu. 3.* quod in casu prædicto nouem emptori restituenda sunt, quia nouem valebat seruus morbosus, licet fingatur venditus sex tantum. Nam si emptor fortasse viliori pretio emerit, id cedit in lucrum suum, ut etiam econtra maiori in factum damnum: & consideratur solum bonitatis æstimatio, quæ quidem minor est, ut in subsequenti exemplo quod incipit ibi, eadem computatio fiet. Quod vltimum exemplum non probat *Capol. in d. l. Labeo scribit, in sua decisione,* dum vult ut si duo valeant sex, & nouem emantur: & morbosus valebat tria, intelligi inquit *Capolla* ex consequenti, ut alius quoq; eiusdem æstimationis sit, videlicet trium: & ideo si ad morbosum agitur, fingitur emptus tertia parte minus, & sic quatuor: Et ideo inquit *Cap.* credere glideo ita tria dixisse quia tria nouem tertia pars est, non autē quatuor. Gl. tamen in hoc, siue dicat quatuor, siue tria, non probat ipse *Capol.* propterea quod ille seruus morbosus, qui valet tria vno emptus & dimidio, minus emptus fingitur pro rata sua & alius eodē modo fingitur emptus vno cū dimidio minus. & sic ambo simul trib minus, & sic 3. parte totius. Et ideo credit quoniam casu in quo pro vno tantum morbosus agitur, qui inspecta bonitate valet tria, quatuor cum dimidio emptus fingatur, & quod tria